SOCIETAS SCIENTIARUM FENNICA.
COMMENTATIONES HUMANARUM LITTERARUM I. 6.

MARTYRIUM BEATI PETRI APOSTOLI A LINO EPISCOPO CONSCRIPTUM

EDIDIT
A. H. SALONIUS

(Imprimendum proposuerunt d. 23 m. Septembris 1925
I. A. HEIKEL et J. SUNDWALL)

HELSINGFORSIAE 1926

Prolegomena.

Ante plus XXX annos Ricardus Adelbertus Lipsius '*Martyrium beati Petri apostoli a Lino episcopo conscriptum*' inter alia acta apostolorum apocrypha edendum curavit [1]). In recensendo contextu Lipsius V codices Parisinos ABCDE saeculis XII—XIV exaratos, II Londinos *GL* XII saeculi adhibuit, v. Prolegomena p. XIX sqq. Cum his libris manuscriptis codicem quendam Barberinum H comparavit, quem cum ex contextu Fabri impresso ab Holstenio descriptum esse iusto iure concluderet, non nisi in initio et ad finem contextus prelo mandati scripturas eius adnotavit. Ad codicum numerum adiecit editionem principem a Fabro Stapulensi (a. MDXII) typis expressam, cum sibi persuasisset eam ex codice quodam deperdito haustam ipso codice deficiente codicis instar esse. Ceteras editiones 'typographorum erroribus scatentes' Lipsius neglexit.

Praeter eos VII vel VIII codices, quibus usus Lipsius contextum Martyrii Petri constituit, V reperiuntur libri manuscripti, IV in Bibliotheca Regia Bruxellensi, I in Bibliotheca Universitatis Leodiensis, qui eundem vel simillimum Martyrii contextum continent: Bruxellenses Latini N:o 5519—26 saec. XII; 7482 saec. XIII; 11550—55 saec. XIII; 9742 saec. XII; Leodiensis 57 saec. XIV. Quos codices Lipsius non ante cognovit, quam contextum iam prelo mandaturus eos in Analectis Bollandianis et in Catalogo Codicum Hagiographicorum allatos vidit, cf. Prolegomena, p. XX. Ego cum multis ante annis Martyrium nostrum strictim percurrens haud paucas adnotavissem dicendi proprietates atque suspectas codicum scripturas, facere non potui, quin Bruxellis

---

[1]) Acta apostolorum apocrypha ed. R. A. Lipsius et M. Bonnet, Lipsiae MDCCCXCI, I, pp. 1—22.

novos illos codices a Lipsio neglectos diligentius perlegerem et cum ceteris conferrem. Etiam codicem Leodiensem 57 licuit mihi Bruxellis cognoscere, cum praefecti Bibliothecae Regiae Bruxellensis, egregia qua sunt benevolentia ac humanitate, Leodio Bruxellas eum mittendum curavissent. Accedit quod post editionem a Lipsio a. MDCCCXCI publicatam notitia sermonis Latini inferioris aetatis valde aucta est, ut multa vocabula ab antiquissimis et optimis auctoribus Latinis aliena, multae formae conformationesque verborum cottidiani generis dicendi propriae, quas editores antehac ut menda librariorum correxerunt, nunc nobis notae probataeque, integrae in contextu conservandae sint. Primo non in animo habui nisi eos afferre locos, ubi codices Bruxellenses, Leodiensis a codicibus a Lipsio adhibitis abhorrebant. Sed cum multis locis ab his differrent, et codices Parisinos mendose descriptos a Lipsio citari suspicarer, etiam hos libros denuo conferendos et totum contextum edendum putavi. Itaque primum de omnibus libris manuscriptis inter se comparatis disseram, deinde ipsum contextum edam repetitis in apparatu critico scripturis codicum a Lipsio adhibitorum a me emendatis, lectionibus codicum Bruxellensium et Leodiensis additis; tum res quasdam grammaticas et criticas adnotabo, ad extremum libellum indices adiungam.

Itaque cum apparatum Lipsii adnotatis novis codicum scripturis augerem, duabus tamen rebus omissis eum exonerandum vel purgandum statui. Pseudoabdiae ex Passione Petri excerpta (v. Lipsii Prolegomena, pp. XVI, XXIII) prorsus neglexi, primum quod in recensendo contextu '*Martyrii Petri a Lino episcopo conscripti*' minime cum eis codicibus aequanda sunt, qui ipsius martyrii contextum, nunc denuo edendum, integrum continent, deinde quod, si singulos locos — quos diligentissime contuli — respicimus, numquam nisi fallor quidquam novi ad cognoscendas genuinas scripturas afferunt.

Etiam nonnullas res ad orthographiam pertinentes ab apparatu critico removi. Quae cum scribendi rationem librariorum aliquantum illustrent, tamen in apparatu adnotatae conspectum scripturarum obscurant et aestimationem codicum turbant. In singulis vocabulis in contextu scribendis eam mihi proposui regulam, ut optimorum codicum scripturas integras servarem. Si quid mutandum erat, rationem hodie vulgo probatam — qualis in Thes. l. lat. existit — secutus sum. Paucis exemplis ex magno numero eorum quae excerpsi electis varias scripturas codicum, quas in apparatum non recepi, indicabo: *e* : *ę* = *ae* : *oe*, ut *cepit*, *cępit* = coepit, *tedere* : *tędere* = taedere. — *i* : *y* : *ẏ* :*antychri-*

stus, agrippa, agrÿppa; mÿrrae, mirrae. Littera '*h*' et in ineuntibus et in mediis vocabulis iam falso ponitur: *habundanter, hostium, hostiarius,* iam omittitur: *exibere, inianter.* In notandis '*ci*': '*ti*' scripsi: *fiduciam, speciem* et *blanditiis, totius* (34,14 *tocius T*), *rationabiliter.* Non notavi scripturas *iccirco, optulerit, obtavit, ammisit, inmanitas, adpropinquo* sim., scripsi *adsurrexit, collaetari.* Porro omisi *karitatis, prosequutus* atque pura nullius momenti menda librariorum.

Codex Bruxellensis 5519—26: M. [1] **M**

Codex *M* membraneus, foliorum 136, formae mediocris (0.285 × 0.205), binis columnis saeculo XII exaratus, inter multas alias Vitas et Passiones, nostrum martyrium ff. 54^{v}—59 continet, quod inscriptum est *Martyrium sancti petri apostoli a lino papa romano graeca lingua conscriptum et orientalibus ecclesiis destinatum.* Tituli singularum vitarum et passionum minio scripti sunt, litterae, quae enuntiata incipiunt, atramento minio obducto a ceteris distinctae. In universum aestimanti hic codex a librario eruditissimo, diligentissimo ex bono codice descriptus videtur: raro erravit, rarius quae scripserat correxit, numquam, nisi fallor, aliena manus emendationes fecit. Noster codex propinqua cognatione cum duobus codd. Bruxellensibus *N* et *P* coniunctus similem exhibet contextum atque codices *GEL.* Cum in definienda fide, quae in constituendo contextu singulis codicibus sit tribuenda, plurimi sit menda cognoscere, quibus singuli a ceteris differant, quosdam affero locos, quos codicem *M*, discrepantem a ceteris, depravatos exhibere putaverim.

Cod. *M* solus	Optimi codd.
24,11 persecutionis caput	perditionis caput
24,12 antichriste nero	antichristus nero
25,21 certamine	conamine
27,4 tradiderit	obtulerit
27,6 fidelium	infidelium

Cod. *M* solus	Optimi codd.
27,12 quo	qua
27,19 ut porrecti	et porrecti
28,14 nos *omisit* M	nos
29,15 demollita [2]	demolita
30,7 fundebant	profundebant
31,4 per [nescio quae	*omittunt* per [3].

[1]) Cf. Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque Royale de Belgique par I. van der Gheyn S. I., N:o 3170, Tom. V, p. 126 et Catal. Codd. Hagiographic. I, 518 sqq.

[2]) Etiam cod. P *demollita* habuit, sed erasa priore *l* littera vulgaris forma scripta est.

[3]) In cod. P praepositio *per* radendo deleta videtur esse. Cod. *E* emendatiorem scripturam *per nescio quem* habet.

Cod. *M* solus	Optimi codd.
33,8 ut [non appropinquo	et [n. a.
34,15 quem passione me constat glorificari	q. p. mea c. gl.
34,16 inspicere	conspicere
36,17 in ministerio	in mysterio
39,8 beatus *omisit* M	beatus
39,14 collectari	collaetari
40,17 in [visione *add.* M	visione

Inter haec codicis *M* menda, si ceteros codices Bruxellenses, excepto cod. N, respicias admodum rara, alia indiligentia describentis exstiterunt (27,5; 27,19; 29,15; 33,8), alia, ut deteriora sint scripturis plurimorum et optimorum codd., plerumque veram sententiam servaverunt (24,11; 25,21; 30,7; 34,15; 34,16). Uno loco, 23,7 suspicor codicem *M* solum integram servasse lectionem *quam pluribus*, eam ceteros codd. ad normam vulgati sermonis *quam plurimis* correxisse, v. infra p. 41.

N Codex Bruxellensis 7482: N. [1])

Hic codex XIII saeculi membraneus, formae maioris (0.461 × 0.329) plurimas Vitas et Passiones sanctorum continet, inter quas ff. 225^{r} — 229^{r} (van der Gheyn in Catal. ff. 222—224) Passionem sancti Petri apostoli, litteris nitidissimis et maximis scriptam; initiales varii coloris sunt. Librarius peritissimus optimum nobis tradidit exemplum Martyrii Petri; quamvis inferior sit aetate cod. Bruxellensi *M*, tamen una cum eo et optimis libris Londinis *G* et *L* et Parisino *E* plurimis locis, ubi ceteri codices suspectas vel depravatas praebent lectiones, veras servavit scripturas. Raro admodum librarius errores commisit, numquam fere se ipse emendavit [2]), neque alienus corrector quidquam mutavit. Codicem *N* cum ceteris codicibus comparans haec adnotavi aut a nostro librario perperam descripta aut mendose ab antecedentibus tradita:

---

[1]) In catalogo librorum manuscriptorum I. van der Gheyn hunc codicem 225 folia habere adnotavit, re vera continet 230 folia, quorum ultimum perperam numero 240 signatum est, v. Catal. des Manuscrits de la Bibliothèque Royale de Belgique, N:o 3180.

[2]) Cf. tamen 26,17 *novam nobis*, quae vocabula transposuit; 27,20 *clamantes* fortasse ex *dicentes* correctum; 38,4. *indiligo* (duae litterae pungendo deletae).

Cod. *N* solus	Optimi codd.
23,8 post passionem quoque multiplicium	post passionum q. multiplicium
24,4 ubi elatio mentis *omisit* est	ubi est elatio mentis
27,18 edocebat (*fuit* (*?*) educebat *ut in cod.* T)	educabat
27,19 proiecti	porrecti
28,13 cuius te commendatu	cui te commendatum
28,21 a carceralibus et compedum nexibus	a carcerali et compedum nexibus[1])
29,17 dixit	ait
29,23 dominus passurus esset	dominus esset passurus
33,3 christo	domino
34,3 qui potestis audire, in novissima hora....... existentem me	q. p. audire i. n. h. existente me
36,22 scema est *omisit* enim	scema est enim
39,4 condidit	condivit

Has scripturas codicis *N* si cum scripturis ceterorum comparaveris, videbis librarium numquam fere ipsam sententiam verborum turbavisse, plerumque nihil nisi ordinem vocabulorum mutasse, aliquando voculas quasdam supervacaneas omisisse.

Codex Bruxellensis 9742 : P. P

Codex Bruxellensis 9742 : *P*, membraneus, formae mediae (0.296×0.22) inter plurimas Passiones — in indice fol. 1 LXIX enumerantur, quibus accedunt III Vitae — diversis manibus scriptas, 'Passionem sancti Petri apostoli' continet ff. 2^v—6^v. Folium 2^v plenis lineis, minusculis cursivis scriptum est, folia 3^r—4^r binis columnis, lineis stylo ferreo ductis saeculo XII exarata sunt, etiam folia 4^v—6^v binis columnis, sed diverso scribendi genere scripta sunt. Multis locis — plus quam LXXV numeravi — contextus radendo et litteris supra lineas et in margine additis emendatus est. Raro librarius ipse mendose scripta correxit, saepissime alia manus ex alio codice vitia eius emendavit, ita tamen, ut cum librum vitiis abundantem corrigeret, alia praeteriret, alia recte scripta vitiaret. Quare cum codex *P* diversis manibus exaratus sit, plurimis locis emendatus sit, multis praeterea vitiis laboret, summa cautione adhibendus est. Cum quantum sit tribuendum codici, optime eluceat ex mendis diversae aetatis et diversi generis, primum ea afferam quae describenti vitio vertenda (P_1) correctorem (P_2) fugerunt:

[1]) Cf. infra adnotationes, p. 45.

Cod. *P1*	Optimi codd.	Cod. *P1*	Optimi codd.
27,12 expedimus	expetimus	39,18 in sanctificationem	in sanctificatione
34,22 iustorum	istorum		
35,20 infundi	effundi		

PA Exceptis his vitiis, quae neglegentia inscitiaque describentis in codicem irrepserunt, in ceteris aestimandis inter se distinguenda sunt ea quae scripsit manus prima (*P1*), quae correxit secunda (*P2*). Multis locis codices *P1* et Parisinus *A* inter se consentiunt, abhorrent a ceteris, e. gr.

Codd. *P1* et *A*	Optimi codd.	Codd. *P1* et *A*	Optimi codd.
25,16 cum aliis plurimis	cum aliis pluribus	33,4 mementote prodigiorum atque signorum seu sanitatum	m. signorum et prodigiorum atque sanitatum
26,3 dum	cum	35,20 nascitur (?)	nascimur
28,15 ammirabilis	ammirabili	36,14 scilicet	videlicet
28,21 compedum vinculis	compedum nexibus	37,13 scilicet	videlicet
32,4 qui christo militatis *omittunt P1 et A*	qui christo militatis	37,19 procedit [1]	producitur [1]
		38,3 illo namque	illo inquam
		39,9 et stetit	stetitque
		40,13 illius	ipsius

Aliquoties codd. *P1* et *A* soli alium vocabulorum ordinem praebent,

Codd. *P1* et *A*	Optimi codd.	Codd. *P1* et *A*	Optimi codd.
27,21 pastor et pater	pater et pastor	33,19 cotidie pacem	pacem cotidie
29,4 piissime pater	pater piissime	39,1 vino optimo ac lacte [2]	lacte ac vino optimo
31,13 crucifixus est	est crucifixus		
31,1 est ergo	ergo est		

His exemplis nonnulla addi possunt, quae codices *P* et *A* non prorsus eadem, sed simillima habent, ut sententia in extrema passione posita, 40,18 *cui est gloria* (*honor A*) *et potestas, virtus et aeternitas, adoratio et iubilatio, decus et imperium, per aeternorum saecula saeculorum amen*, cf. apparatum p. 40; 37,23 *non . . . carnales* om. *P1* add. *P2* (: carnales *om. A*). Raro codex *P* certa menda cum aliis codicibus quam cum Parisino *A* communia habet. Cum Bruxellensi

[1]) Praeter codices *P* et *A* etiam cod. *E* et editio Fabri *f procedit* habent, quam faciliorem lectionem Lipsius recepit; deteriores codices BCDRT veram et germanam scripturam *producitur* codicum *GLMN* corruperunt, cum omissa passivi nota *producit* scribunt, v. Adnot. p. 53.

[2]) Cod. *A vino optimo et lacte.*

R scripsit 24,8 *quantum ex ipsis erant*, optimi codd.: *q. e. i. erat;* 36,13 *mutata fuerunt PM mutata fuerant A*, opt. codd.: *immutata fuerunt;* cum cod. *E* et contextu Fabri (*f*) cod. *P* 28,12 *regis iussione*, opt. codd.: *regis iussio*, habet. Ex quibus libris manuscriptis emendationes codicis *P* factae sint, diiudicari non potest. Plerumque singulis litteris erasis, mutatis, additis vulgares vel usitatas vocabulorum formas corrector restituit, aliquando inferioris aetatis dicendi consuetudinem et raras voces ad normam sermonis antiqui litteris exculti emendans veras corrupit codicum lectiones, ita tamen, ut non unius codicis lectiones reciperet. Discedens a communi lectione codicum 25,10–11 *dicentes sibi amabilius esse.... succumbere, quam Christum cui devoverant castimoniam recusare*, corrector codicis *P* contextum manus 1, qui *Christum* omisit, pronomem *se* inter voces *cui* et *devoverant* addens contextum sanare conatus est; 25,13 *quaerens occasionem ut eum.... potuisset occidere*, quae scripsit m1, m2 ad normam antiqui sermonis (cum codd. *BCD*) *qua.... posset* supra lineam additis redegit[1]); 25,20 *Xandippem vero.... verbis iniuria plenis indeque delinimentis a coepto conamine refragari temptabat*, m2 contra omnes codices pro verbo *refragari* aptius substituit verbum *refrigerare*; 26,3 *per eum pati* erasis tribus litteris inter *eum* et *pati* a manu 2 mutatum est; videtur fuisse in codice *P* ut in codd. *BDMNGL p. e. hinc pati;* 29,7 *quo ire.... desideras P* cum codd. Parisinis *BCD*, sed inter vocabula *ire* et *desideras* in cod. *P* circiter septem litterae rasae sunt, quare suspicari licet hic fuisse eandem scripturam, quae invenitur in codd. Londinis *GL* et in Bruxellensibus *MN q. i. et velut d.*; 31,4 in cod. *P* fuisse videtur *per nescio quae inepta et vana*, quam scripturam communem cum cod. *M* (: *per nescio quem E*) radendo ad normam communis scripturae *nescio quae* etc. m2 emendavit; 31,22 *innocentem damnare nefas est P* cum *LN*, sed ante primum vocabulum *innocentem* particula *nec* radendo deleta est; 33,1 *venturum P*m1 cum codd., *eventurum* m2 cum Fabro; 34,17 communem lectionem codicis *P*m1 *quid* (*inde dixero*), m2 cum cod. *A* in *quod i. d.* correxit; 35,6 *ita* in rasura est, fortasse ex *ipsi*, quod habet codex cognatus *A*, mutatum est; 36,9 fuit in *P* cum *AEGMNR tractum*, corr. m2 in *tactum* cum codicibus *BCDL*; 39,21 infinitivus pass. *interfici* ex antecedenti infinitivo passivi *artari* germanae act. formae *interficere* a manu secunda substitutus est.

---

[1]) De plusquamperfecto coni. pro imperfecto posito v. infra, p. 42.

E lectionibus supra allatis apparet codicem Bruxellensem *P* primitus descriptum esse ex codice quodam, qui Parisino *A* simillimus erat, ita ut nonnumquam faciat cum codd. Bruxellensibus *MNR* et Parisino *E;* deinde constat scribam rudem et neglegentem eius qui ante scripserat vitia plurimis novis auxisse, codicem mendis multimodis affectum a correctore quodam esse emendatum, aliquoties fortasse ope codd. Parisinorum *BCD*, saepius tamen sine ulla alia corrigendi ratione quam ut politior redderetur contextus. Inter diversas passionis partes, quae, ut supra dixi, diverso scribendi genere exaratae sunt, nulla inveniri potest differentia. Quare eas ex uno eodemque exhaustas fonte easdem perpessas esse mutationes putaverim. In adhibendo codice *P* duae manus discernendae sunt, ubicumque id fieri potest. Non multum valet cod. *P* solus, una cum codice *A*, qui saepe a ceteris discedit, pluris est faciendus.

R **Codex Bruxellensis 11550—55: R,** formae maioris (0.420×0.288), constabat foliis 227, quibus saeculo XVII a compactore quaedam fragmenta, non solum aetate et manu sed etiam longitudine et latitudine diversa, annexa sunt. Prior pars codicis, illa 227 folia, binis columnis, lineis graphide ductis saeculo XIII ineunte scripta est. Una cum plurimis Vitis et Passionibus sanctorum '*Passionem sancti Petri apostoli*' continet, ff. 94ʳ—97ʳ exaratam. Ut erat librarius in pingendis ornandisque litteris diligens, ita in describendo codice aut ipse neglegentia inscitiave multum peccavit, aut librum mendis scatentem sub oculis habebat. Alia nimia celeritate percurrit, alia prorsus omisit, quippe quae non intellegeret, addidit alia, ut sententiam pleniorem redderet, invertit ordinem vocabulorum, mutavit raras voces vulgaribus, in vitia cecidit, cum sermonem inferioris aetatis proprium ad usum antiqui sermonis correxit. Quarum rerum exempla cum plura sint quam ut hic enumerentur, pauca cuiusque generis afferam testimonia.

Haec perperam descripsit:

Cod. *R.*	Optimi codd.	Cod. *R*	Optimi codd.
24,3 indecenti luxu dampnabatur[1])	indecenti fluxu dominabatur	25,9 ad inquinatum	ad inquinamentum
24,8 quantum ex ipsis erant[2])	q. e. i. erat	26,2 in mandato[1])	in mandatum[3])

[1]) Cum cod. *T.*

[2]) Cum cod. *P.*

[3]) Cf. adnot. criticas. p. 43.

Cod. *R*	Optimi codd.
26,13 surrexerunt.... in conventum[1])	surrexerunt..... in conventu
28,13 cuius te commendato	cui te commendatum
28,18 nisi incendium.. Agrippam acrius persuasisset[2])	nisi incendium.... Agrippam acrius pervasisset

Cod. *R*	Optimi codd.
28,21 a carcere et compedum nexibus[1])	a carcerali et compedum nexibus[3])
28,3 te absolvas[1])	abscedas
29,3 adversis languoribus sanasti[1])	a diversis languoribus sanasti
37,15 in oratione erumpens[4])	in orationem erumpens

His locis is qui codicem *R* descripsit omissis verbis obscurioribus ceterorum sententiam servare conatus est: 29,6 *et sic quo ire desideras accelera festinare*[5]); 32,22 *et facta esse diversa continentiae templa. Itaque fratres mei* . . . . Depravato vocabulo *diversoria* in *diversa* librarius vocabula *div. cont. templa* inter se coniunxit, omisit, quae non conveniebant: *Christi, domicilia honoris et gratiae*[6]); 33,20 *qui a mortuis resurrexit, qui etiam non moritur aeterno patri pro filiis agenti sedulo reparas*[7]), optimi codd.: *q. a. m. resurrexit et iam non moritur aeterno patri, ecclesia . . . . agente, sedulo reparas;* 37,17 *et revelanti tibi de ligno a me praedicato gratias ago*[8]), optimi codd.: *et rev. tibi quae dixeram de ligno;* 40,5 . . . *ut praefectura carens privatus propria domo degeret*[9]), optimi codd.: . . . *privatus et contentus domo propria degeret.* Cum vocabula omisit, interdum alia inseruit, alia mutavit cosecutionem verborum corrigere conatus. Cuius rei exempla hic habes: 25,4 *quia apostolico sermone super petram fundatae,* add. *super petram;* 28,14 *nam postquam nos credentes . . . . in sanctae trinitatis nomine baptizati licentiose sumus, quo libuerat perrexisti,* optimi codices: . . . . . *baptizasti, licentiose quo libuerat* . . . .; 31,24 *et coeperunt in Agrippam saevire omnes populi,* add. *omnes;* 37,3 . . . . *ad quietem supernae vocationis vestrae tendite,* add. *vestrae;* 39,12 *Ne ergo quasi mortuum videaris sepelisse* (cett. codd. *mortuus mortuum*) . . . *sed quasi vivus viventi et gaudens gaudenti melius collaetari,* add. *gaudens* ad

---

1) Cum cod. *T.*
2) Item L et C m l.
3) Cf. adnot. crit. p. 45.
4) Cum codd. *CDT.*
5) Omisit etiam cod. *T.* Cf adn. crit. p. 45.
6) Item cod. *T.*
7) Sic et cod. *T.*
8) Item cod. *T.*
9) Sic et cod. *T*, cf. adn. crit. p. 56.

normam *vivus viventi*, quae vocabula omnes codd. repetita exhibent; 40,15 *unde parum pavefactus Nero imperator quievit*, add. *N. imp.*

Nonnumquam librarius iniuriam impegit libero et rudi sermoni, quo nostrum Martyrium scriptum est, sive cum subtiliore usus stylo constructiones grammaticas emendavit, sive cum singula elegit vocabula nimirum polita, e. gr. 24,25 *ille Christianus vos docuit mecum non coire et a debito thoro vos subtrahere*, add. *vos;* 29,11 *devictus tantis lacrimis ait*, opt. codd.: *d. t. fletibus ait;* 30,10 *Facile est domino suorum corda .... ammonitione corroborare.* opt. codd.: .... *ut suorum corda .... corroboret;* 31,15 *oro et desidero*, cett.: *opto et desidero;* 33,1 *proditum est mihi ita esse venturum*, cett.: *pr. e. mihi quod ita esset venturum;* 34,11 *deinde sane et ita .... alloquens oravit : petiit sane et ita ..... alloquens exoravit;* 38,7 *tu refugium : tu refrigerium;* 38,15 *tu eas in ovile ovium aggrega : tu eas in ovile tuum aggrega;* 40,1 *quem disposuerat per varia punire supplicia : quem disponebat ....*

Accedunt ad vitia supra allata, quae librarius codicis *R* et is qui ante scripserat commiserunt, plus XL loci, qui mutato vocabulorum ordine a ceteris codicibus abhorrent. Saepissime duas voces, substantivum et attributum, substantivum et genetivum substantivi, nomen et verbum, inverso ordine scripsit, aliquoties et tres et plures voces miro modo suis locis movit, ita ut putares traditum vocabulorum ordinem describenti vehementer displicuisse. Quamquam codex Bruxellensis *R* nonnulla habet communia cum ceteris codicibus Bruxellensibus, Parisinis, Londinis, mutatus vocabulorum ordo atque vitia varii generis, quibus ille ab his abhorret, indicant eum non ex eodem fonte manasse sed ex alio quodam codice esse descriptum, quem librarius neglegens et imperitus insuper depravavit. Quare codex *R* in recensendo contextu minoris pretii est et rarius adhibendus quam ceteri libri Bruxellenses.

T **Codex Leodiensis 57: T,** quem afferunt Fiess et Grandjean N:o 210, p. 135 sqq. Catalogue des manuscrits de la Bibliothèque de l'université de Liège, appellatur '*Liber Passionalis sive historia Sanctorum*'. Constabat olim tribus voluminibus, quorum hodie duo conservantur in Bibliotheca universitatis Leodiensis. Prius volumen, membraneum, formae maioris (0^m, 42×0^m, 35), habet 314 folia; exaratum est saeculo XIV [1]), binis columnis, litteris magnis et pul-

---

[1]) In primo folio tomi I scriptum reperies: 'Hunc librum fecit fieri dominus

chris, initialibus variis et ornatis. Passio Petri folia 24r—27v (in Catal. ff. 23—27) tomi I replet; inscribitur *Passio sancti Petri singulariter*, addito vocabulo *singulariter*, quippe cum antecedat *Passio apostolorum Petri et Pauli*. Noster Leodiensis contextum Passionis Petri praebet ei simillimum, quem exhibet antiquior codex Bruxellensis *R*: eadem omiserunt, eadem addiderunt, eodem ordine vocabula conexerunt, tantae denique sunt similitudinis, tam longe a ceteris discedunt, ut dubitari non possit, quin *T* et *R* eiusdem sint familiae atque, si respexeris differentias admodum paucas, concludas Leodiensem aut ex ipso codice Bruxellensi, aut ei simillimo esse descriptum, nam omnibus locis, quibus alter abhorret ab altero, iam hunc, iam illum incuria scribentium esse depravatum cognoscas. His locis codex *T* discedit a codice *R*: 23,5 *saluatoris, salutaris;* 27,18 *educebat, educabat* cett. (*edocebat N* littera *o* ex *u* emendata); 27,19 *porrecti*, sed videtur füisse *proiecti*, quod *N* habet, cett. *porrecti;* 28,8 *Processus ac Martinianus* cum codd. *CDGL* pro *Proc. et Mart.* cett.; 28,9 *ex officio iunctis: ex officio vinctis R;* 28,16 *licentiose baptizati sumus : baptizati lic. sumus;* 28,19 *pervasisset : persuasisset R* et *L;* 30,1 *patitur in electis : in el. pat. R* solus; 30,15 *et si me : et me si R* solus; 30,18 *heros*, ex *hieros* radendo correctum; 31,9 *in viris et mulieribus T* cum ceteris, *in viris et in mul. R* solus; 36,4 *Vos vero T* cum ceteris, *Vos ergo R* solus; 37,3 *currentes*, sed fuit *curantes*, ut in codd. *A* et *M*, cod. *R* communem habet scripturam; 37,8 *proprie: propriae MR* perperam, sed animadvertendum est codicem *T e* et *ae* non distinguere litteris *e* et ę, ut faciunt antiquiores; 38,21 *quia T* cum ceteris, *quod R* solus; 39,14 *mortuos sepelire* omisit *T*; 40,18 *cui est gloria virtus et gloriatio, glorificatio* (?) quod m 2 ex *oratio* radendo emendasse videtur *T*, *cuius est gloria virtus et oratio R*, alii codices loco vocis *oratio* aptius posuerunt *adoratio*. Si haec exempla codicum *T* et *R* inter se comparaveris, videbis alia in codice *T* mendose esse scripta (23,5; 27,18; 39,14), alia vitia ab eodem librario esse commissa (28,19; 30,15), alia a correctore quodam postea esse mutata (27,19; 28,9; 30,18; 37,3; 40,18); quaedam scriptor codicis *T* aut mutatis particulis (28,8; 31,9; 36,4; 38,21) aut alia collocatione verborum (28,16; 30,1) aliter expressit quam in libro suo invenerat, sed ita ut eandem servaret sententiam. Quae cum ita sint, diiudicare non audeo, **RT**

Robertus de Craenwic, piae memoriae, Dei gratia abbas huius monasterii Sti Trudonis, qui perfectus et ligatus fuit, anno 1366.

utrum *T* ex ipso codice *R* descriptus et paululum emendatus sit, an ex simillimo quodam libro manuscripto. Apparet igitur eum in constituendo ipso contextu Martyrii Petri minimam habere auctoritatem et non nisi una cum codice *R* esse adhibendum.

Codices Parisini.

A **Codex Parisinus Latinus 9737,** signatus littera **A** [1]). Hic codex membraneus, formae minoris ($0,^{m}\ 264 \times 0,^{m}\ 185$), foliorum 173, lineis plenis, litteris magnis, scriptura lucida, non ornata, XII saeculo exaratus est. Nostra passio, quae inscribitur *Passio sancti petri apostoli secundum linum papam*, replet folia 70^{r}—77^{v}. Iure Lipsius (p. XXI) dicit codicem *A* contextum exhibere discrepantem a ceterorum codicum contextu, qui interdum propius ad contextum a Fabro impressum accedat; vehementer autem errat, cum contendit eum optimum nobis praebere contextum et raro a 'communi lectione reliquorum codicum discedere'. Multa enim codex *A* omittit, saepissime ordinem vocabulorum ceteris codicibus traditum mutat, nonnumquam radendo, addendo correctus est. Cum longum sit omnia hic enumerare exempla, quibus codex *A* cum ceteris discrepat, nonnulla solum afferam et imprimis, quibus proprietas et fides codicis demonstretur. Saepissime cod. *A* lectiones consensu optimorum librorum satis affirmatas ita mutat, ut pro locutionibus cottidiani sermonis propriis praebeat novas ex sermone exculto repetitas: 24,20 *eis : eisdem* cett.; 25,7 *incenderet : incendio concremaret;* 26,3 *etiam : etiam et;* 26,10 *a symonis magi pestiferam doctrinam se averterat : Symonis magi pestiferam doctrinam averterat* (cf. cod. *L*); 28,12 *si enim iussio caesaris impenderet : s. e. te regis iussio impeteret;* 29,6 *et si sic ire desideras : et sic, quo ire et velut desideras;* 30,9 *quae per te stabilianda erant : q. p. te stabilienda fore noscuntur;* 30,20 *statuerunt vinctum praefecti agrippae conspectibus : st. v. Agrippae praefecti urbis obtutibus;* 31,3 *et contra ius romanum : et contra sanctum ritum Romanum;* 31,15 *tormenta : supplicia;* 33,1 *proditum est mihi quod ita esset futurum : pr. e. m. quod ita esset venturum;* 34,11 *petens et ita magistros carnificum : petiit sane et ita ministros carnificum;* 36,22 *fratres mei dilectissimi : dilecti mei;* 37,5 *ita perseverare curantes : ita perseverate currentes;* 37,5 *oportet igitur cum Iesu Christo deo vero superascendere crucem, quae constituitur. . . : qui est*

---

[1]) Vide Catal. Codd. Hagiograph. Lat. Biblioth. Nat. Paris., ed. Hagiographi Bollandini II 574 sqq.

constitutus nobis sermo, . . .[1]; 38,2 *quae* (sc. vox) . . . . *neque quemquam materialiter patitur mori : nec quemquam materialiter monet*[2]; 38,21 *humeris propriis deposuit sanctum corpus : propriis manibus d. c. s.*; 39,16 *cum multa gloria : cum gratia multa;* 40,8 *deinde : denique.* Quas differentias atque multas alias eiusdem generis Lipsius iure in contextum suum non recepit, alias recepit nimia fiducia codicis *A* deceptus. Cuius rei exempla invenias in apparatu critico 24,23; 25,9; 30,8; 31,10; 36,1; 36,15; 37,4; 37,7; 38,1; 38,2; 38,14; 40,12; 40,17.

Codex Parisinus *A* saepissime a ceteris discrepat, aliquando, dissentientibus inter se libris manuscriptis, cum optimis codicibus *EGLM NP* consonat, ita tamen, ut proxime accedat ad cod. Bruxellensem *P*, abhorreat a ceteris. Scripturae mendosae vel incertae, quas communes habent codices *A* et *P*, supra p. 8 sq. allatae sunt.

Codices Parisini Latini 12602; 12611; 12615, signati litteris BCD.

Codex Parisinus Latinus 12602 sign. *B*[3]), olim 'Liber sancti Petri Corbeie', deinde Sangerm., priore tempore N:o 473, posteriore 491, foliorum est 176, formae mediae (0^m, 31 × 0^m, 225), lineis plenis, litteris dilucide et magna cura pictis, raro corrigendo mutatis, exaratus saec. XII. Post martyrium Petri et Pauli (Epistola Pseudomarcelli) sequitur Petri passio ff. 6^r—12^r, quae inscribitur *Martyrium beati petri apostoli a lino episcopo conscriptum.* **B**

Codex Parisinus Latinus 12611 sign. *C*[4]), olim 'Liber [coenobii Sancti Petri] de Cultura prope Cenomanensem [urbem]', deinde Sangerm., primum 470, deinde 498, foliorum 217, formae mediae (0^m, 335 × 0^m, 23), columnis binis, litteris pulchris, non ornatis, extremo saec. XII scriptus est; saepissime radendo correctus est, ut apparet, ex codice *B* vel simillimo. Martyrium Petri complet ff. 145^r col. 2 —151^v col. 1; inscribitur ut in cod. *B*. **C**

Codex Parisinus Latinus 12615 sign. *D*[5]), olim 'Corbeiensis monasterii' (v. f. 1), deinde Sangerm., vetustiore numero 471, recentiore 490, foliorum est 152, formae mediae (0^m, 345 × 0^m, 24), lineis plenis exara- **D**

[1]) Cf. Adnot. p. 53.
[2]) Cf. Adnot. p. 54.
[3]) Vide Catal. codd. hagiograph. Lat. Bibl. Nat. Paris. ed. Hagiographi Bollandini III, p. 127 sqq.
[4]) Vide eundem Catalog. codd. hagiograph. III, p. 153 sqq.
[5]) Vide eundem Catal. codd. hagiograph. III, p. 169 sqq.

tus est saeculo XIV [1]). Prior pars codicis *D* easdem continet passiones quas cod. *B*, nostra invenitur ff. 10r—17v.

BCD Codices *BCD* artissime inter se cohaerent, multo artius quam Lipsius conclusit, cum in afferendis codicum scripturis mendosis usus descriptionibus, quarum menda et ipse auxit, plurimis locis iam hunc iam illum a ceteris discrepare putavit et adnotavit, quamquam universi consonant. Cuius rei exempla his locis invenias 23,9; 24,15; 24,17; 26,4; 27,6; 30,13; 31,17; 33,24; 34,19; 34,21; 35,11; 36,1; 36,19; 37,4; 38,7; 38,8; 39,1—2; 39,14; 40,17. Propinqua codicum *BCD* cognatio dilucet et ipsa proprietate differentiarum, quibus inter se coniuncti sunt, et eis quibus discedunt. Nonnulla enim universi similiter addunt, plura omittunt, saepe ordinem vocum turbant, saepe verba, locutiones inferioris latinitatis ex dicendi consuetudine antiquioris sermonis emendare studentes inducti sunt in errorem. Ubi unus a ceteris abhorret, ita abhorret, ut appareat librarium suum librum perperam legisse vel descripsisse. Restat ut haec electis locis demonstrem. Codices *BCD* ceterorum scripturis aliquid adiciunt: 30,1 *qui patitur in sanctis suis ac electis : q. p. in electis;* 30,8 . . . *expetit roborari adiutorio atque sermone : e. r. sermone* cett.; *e. r. adiutorio RT;* 38,8 *et tu mihi satietas : e. t. satietas.* Multo saepius, quod vulgo fit in deterioribus codicibus, librarii incuria vel inscientia singula vel plura verba omittunt: 26,6 . . . *una cum Agrippa Petrum caperet : u. c. Agrippae manu velut avem laqueo P. c.* cett.; 27,6 *nec nos inter infidelium : nec nos ac illos inter inf.;* 29,7 *accelera : accelera festinare;* 30,6 *omnes* om. *BCD;* 31,11 et 31,12 *ad eum : ad illum* om. *BCD;* 32,11 *optabant multi : optabant multi populi;* 34,2 *aliud est vobis : aliud enim quiddam est;* 35,13 *Nos domine ex Adam puri homines : quia nos ex Adam p. h.;* 36,12 *et constituit* om. *BCD;* 38,2—3 *nec quemquam materialiter monet, neque materialis existit* om. *BCD;* 38,5 *quia tu modesto tantum spiritu intellegibilis es : quia tu toto et modesto . . .;* 38,7 *auctor salutis : auctor et perfector salutis;* 39,3 *cum variis aromatibus : cum ceteris variis arom.* Nonnumquam codices *BCD* verba mutato ordine exhibent: 27,3 *ipse se ultro : ipse ultro se;* 31,11 *nulla mihi est : nulla sit mihi;* 34,21

---

[1]) Fugit G. Gundermannum, cuius descriptione usus Lipsius codicem *D* saec. XII/XIII esse docet, adnotatio ab eodem librario f. 152 facta: 'Hic liber fuit scriptus a Iohanne dicto Daboval clerico Anno Domini MCCCXVI in die conceptionis beatae Mariae virginis, mense Decembris. Et fecit me fieri Thomas de Pisei prior istius ecclesiae'.

imperium mortis : mort. imp.; 36,4 *quibus proprium est : quibus est propr.*

Non raro codices *BCD* scripturas praebent corrigendo corruptas: 25,14 (ut) . . . *posset,* sic etiam *Pm2*, *ut . . . potuisset* cett.; 26,3 *et,* cett.: *etiam et;* 26,3 *deteriora,* cett.: *diriora : duriora;* 26,3—6 *unde factum est ut cum . . . . . iret. . . . consilium iniit,* cett.: . . . *consiliaretur;* 27,11 *ut ingressus vitae secundum illius revelationem expetamus,* (*expectamus C*) cf. contextum; 27,19 *porrecti ante faciem illius velut subito morituri ac cadentes in terram vociferabantur,* cett.: . . . . *mortui, cadentes. . . .*; 29,6 *et sic quo ire* (*quoire C coire D*) *desideras BCDPm2*, cett.: *et sic quo ire et velut desideras;* 32,16 *illuc enim ei crux posita erat,* cett. *illic.;* 33,13 *et a domino diabolicae captivitatis iugum magnifice segregasti : et a dominio . . . .;* 34,3 *qui potestis audite : . . . audire;* 34,15 *quem passione sua constat glorificari : q. p. mea c. gl.;* 35,22 *eo quod . . . . sit : eo quod. . . . est;* 36,9 *sed tactum misericordia,* cum *BCD* etiam *Pm2*, *sed tractum mis.* cett.; 39,12 *ne ergo . . . . videaris sepelire et flere* cum *BCD* etiam *M . . . , sepelisse et flere* cett.; 39,14 *collaetare et relinque,* cett.: . . . . *collaetari, relinque;* 40,9 *quos didicit beato petro familiarius adhaerere,* cett.: . . . . *adhaesisse.* Has proprietates lectionum codices *BCD* omnes exhibent. Ubi *C* et *D* cum codice *B* discrepant, hic longius discedit quam ille, qui diligentius exaratus et curiose ex ipso codice *B* descriptus videtur esse. Saepissime librarius codicis *C* rudis ac indiligens mendose descripsit, cf. in apparatu 27,12; 27,16; 28,2; 28,9; 28,20; 29,7; 30,3; 31,7; 34,22; 35,6; 35,11; 37,1; 39,20; 40,8. Aliquoties ordinem verborum mutavit, interdum singula vel plura vocabula omisit: 25,9; 26,3; 27,2; 30,20; 30,21; 36,11; 40,9 et 25,18; 28,21; 34,6; 39,8. Quae menda codicis *C*, cum in nullo alio codice inveniantur, describenti librario vitio sunt vertenda. Raro codex *C* discedens a codicibus *B* et *D* cum aliis codicibus consentit: 31,21 *potentium C* cum *ERT;* 32,10 *disceptatio C*, sed videtur fuisse *discerptio* ut *E;* 35,7 *exultari BD exultare C* cum ceteris; 37,18 *subrepit CNm2*, *subripit* cett.

Codex *D* ex ipso codice *B* descriptus esse videtur, nullas enim alias exhibet differentias nisi eas, quas librarius per errorem facere potuit, cf. 25,15; 26,11; 27,10; 29,7; 30,18; 32,1; 35,17; 39,1.

Ex exemplis supra allatis apparet codices *BCD* non solum eiusdem esse stirpis sed etiam *C* et *D* recentiores tam arte ex vetustissimo *B* pendere, ut in constituendo contextu non singuli, sed universi consulendi sint.

E **Codex Parisinus Latinus 5273: E**[1]) olim Comitum Bethaniorum Theol. 75, deinde Regius C. 3858, foliorum 67, formae mediae (0^m^, 345× 0^m^, 245), columnis binis, litteris pulchris et magnis saeculo XIII exaratus est. Tituli minio scripti litteris ornatis, initiales varii coloris, maioris formae, ornatiores sunt. Saepe radendo, raro superscribendo ex alio codice correctus est, ita ut iam melior, (30,9; 36,9; 39,13), iam deterior factus sit (26,11; 35,16; 36,12; 37,17). Passio Petri ff. 8^r^ col. 1—13^v^ col. 1 sub titulo *Martyrium beati petri apostoli a lino papa graece conscriptum et orientalibus ecclesiis traditum.* Codex *E*, cum sit inferior aetate quam codices Parisini *A* et *BC*, meliorem exhibet contextus formam; medium quendam habet locum inter codd. *A* et *BCD*, propius accedens ad codices Londinos *GL* (imprimis ad *G*), quibuscum consentiunt optimi Bruxellenses *MNPm*1. Nonnumquam hic codex admodum bonus discedit ab his: emendatiores reddere conatus lectiones, pauca omittens, plura addens in peius aberravit, interdum consentit cum contextu a Fabro impresso, cf. 23,6 *eximia atque celeberrima miraculorum ostensa*, sic etiam *fH*, ... *ostenta* cett.; 23,10 *beatus petrus* om. *E*, sed. add. idem 23,14 *beatus petrus apostolus*; 24,13 *coeperunt ad illum frequentare*, cett.: *frequentare illum;* 25,3 *nec verbo amatorio compellarunt EfH*, cett.: *adquieverunt;* 27,4 *cum magno fletu : nimio cum fletu;* 28,11 *meretricum*, cett.: *pelicum;* 28,12 *si enim te regis iussione impeteret E* cum *P* et *f*, cett.: .... *iussio impeteret;* 29,1 *seniores : senio valde affecti;* 30,5 *quibus cum manifestasset Ef: qui c. m.* cett.; 30,14 *morari in carne Ef: in c. m.* cett.; 30,18 *supervenit sacerdos deorum cum quatuor apparitoribus ieros : superv. hieros cum quattuor app.* cett.; 31,4 *per nescio quem : nescio quae;* 32,13 *duodecim milia legiones : duodecim legiones;* 33,13 *a dominio diaboli captivantis Ef: .... diabolicae captivitatis* cett.; 34,2 *non istud sit vobis supplicium crux quod apparet vobis : n. i. s. vobis crux quod apparet;* 34,12 *precor vos, bonae salutis meae ministri E: .... bonae s. m. ministros f: boni s. m. ministri* cett.; 35,6 *ut illusi increduli et carnifices : ut illi ipsi incr. ...*; 36,17 *dixit E* cum *RT: dixerat* cett.; 37,1 *audistis : auditis;* 40,6 *contemptus E* cum *CfH: contentus* cett.

GL **Codices Londini, Add. 9959 signatus littera G et Arundel. 169 signatus L**[2]).

Codices *G* et *L* membranei eiusdem sunt aetatis atque plurimi ceterorum, saeculo XII scripti. In illo (fol. 25^r^) passio Petri inscribi-

---

[1]) Vide Catal. codd. Hagiograph. Lat. Biblioth. Nat. Paris. I, 431.

[2]) Doleo quod hos duos codices legere et cum ceteris comparare non licuit.

tur *martyrium sancti petri apostoli a lino episcopo romano greca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum*, in hac (fol. 2r) *passio sancti petri apostoli tercio kalendas iulii*. Hi codices fidissimam nobis servaverunt contextus formam et ei simillimam, quam exhibent codex Parisinus *E* et codices Bruxellenses *MNPm*1. Admodum raro codex *G* cum ceteris codicibus huius familiae discrepat, codex *L* et suas proprias praebet lectiones et alias depravatas communes habet cum codicibus *N* et *A*, alias cum codicibus *RT* et contextu impresso *f*.

G Codex *G* cum ceteris discrepat: 33,22 *et legatione felicissima* (*fidelissima L*) *renovas* om. *G;* 34,17 *circumstantibus possit audiri G* et *f : a circumst. p. a.* cett.; 34,22 *aperuisti tu : tu aperuisti;* 35,18 *qui principale demersit in terram Gf : q. pr. suum d. i. t.* cett.; 37,1 *ad* om. *Gf;* 37,11 *semper : sed per* cett.

L His locis *L* solus a ceteris discedit: 25,19 *multa se petrum illaturum tormenta : m. s. petro i. t.;* 26,10 *qui* om. *L;* 31,2 *in deorum etiam : etiam in deorum;* 33,16 *incolumem* om. *L;* 33,17 *populis dividis : div. pop.;* 33,22 *paras : reparas;* 33,22 *fidelissima : felicissima;* 37,1 *et conversando* om. *L;* 37,17 *dixerim : dixeram;* 38,20 *sanctus apostolus emisit spiritum : Petrus spiritum tradidit;* 39,4 *melle quoque novo replevit sarcophagum : m. q. novum r. s.*

LN(RTAf) Multa menda codex *L* communia habet cum codice *N*, nonnulla simul cum codd. *RTA* et contextu Fabri: 26,7 *pessimum necaret LNRT : pessumdaret;* 26,10 *a symonis magi pestifera doctrina averterat se : . . . . pestiferam doctrinam se averterat A : . . . . pest. doctrinam averterat* cett.; 28,19 *persuasisset LR : pervasisset* cett.; 30,5 *passionem suam eis manifestasset LN : manifestasset passionem suam* cett.; 31,6 *ad eum* om. *LNRT;* 31,22 *urbem romam LN: urbem* cett.; 31,22 *innocentem damnare nefas est LNPm*2 (?) *: nec innoc. damnare fas est* cett.; 32,4 *qui in christo militatis LNR : q. christo m.;* 32,6 *nolite me revocare LN, me* om. cett.; 32,16 *in* [*montem* om. *LN;* 32,20 *sathanae* add. *LN;* 33,11 *o occultum mysterium LNRT : occult. myst.* cett.; 34,8 *tardatis LN : tricatis;* 35,4 *in vertice crucis Lf Lips. : in virtute crucis* cett.; 37,16 *in orationem prorumpens LNP : i. o. erumpens* cett.; 38,2 *materialiter existit LA Lips. : materialis existit* cett.; 38,7 *auctor et praefector salutis LNf : a. et perfector s.;* 38,10 *respondit amen LRT amen respondit BCD*

Quare eorum lectiones tales attuli, quales inveniuntur in apparatu editionis Lipsii, cuius in usum eos descripserunt Gundermann (cod. *G*) et Frippius (cod. *L*).

amen reddidit cett.; 39,10 *ait* om. *LNPm1RT;* 39,18 *in* om. *LRT;* 40,3 *desolatum a symone LfH : desol. symone;* 40,14 *quos vincere non poteris L quos tu v. n. p. RT quos nunc tenere n. p.* cett.

f Praeter codices manuscriptos supra enumeratos ac descriptos in apparatu critico lectiones editionis principis a Fabro Stapulensi confectae attuli. De editione Fabri (sign. *f*) Lipsius p. XIV iure haec adnotavit: 'si verum quaerimus, (Faber) de codicum manuscriptorum auctoritate nihil curavisse dicendus est; sed ut illius temporis litteratores solebant, textum sescenties emendavit et ad stili elegantiam quam quinti decimi et sexti decimi saeculi homines affectabant accommodavit'. Hanc proprietatem contextus a Fabro editi plurimis exemplis pp. XIV sq. illustrat. Non minore iure idem Lipsius monuit (p. XXI) contextum Fabri interdum cum codice *A* vel cum codicibus *BCD*, saepius cum codice *E* vel *EG* vel *EGL* concordare, sed aberravit vir de contextu passionis Petri optime meritus, cum non constans sibi, conclusit Fabri contextum ex codice deperdito esse haustum et deficiente hoc codice germani codicis esse instar. Namque si lectiones Fabri a codicibus manuscriptis abhorrentes perquisiveris, videbis eas a librario et saepissime, nisi fallor, ab ipso editore esse confectas, ut elegantior et politior redderetur contextus; cf. ea exempla, quae Lipsius enumeravit p. XIV sq. Quare, quamvis minus valerent in constituendo contextu, eas non omisi, quod ex mutatis scripturis vera aliquando quodam modo elucet.

H **Codicem Barberinum XXXIII, 118** ex schedis Lucae Holstenii, (sign. *H*) Lipsium secutus, solum initio et exitu contextus adnotavi, quippe qui ex editione Fabri descriptus nihil novi ad cognoscendam germanam passionis formam afferat, cf. Lips. XX, XXI.

Postquam in antecedentibus singulos codices tractavi, ita ut quae quisque propria exhiberet, adnotarem, restat, ut ad quam regulam, universos inter se comparatos aestimaverim, breviter indicem. Ei codices, quibus usus Lipsius Martyrium Petri edidit in tres aptius quam in duas partes dividendi sunt, quarum unam exhibet cod. Parisinus *A* solus, alteram Parisini *BCD*, tertiam cod. Londinus *G*. Medium locum tenent inter cod. *A* et *G* codd. *E* et *L*, ita tamen, ut uterque propius accedat ad hunc quam illum. Quorum codicum optimus est *G*, aut solus aut una cum *E* et *L;* quare lectiones codicum *GEL* scripturis codicis *A* et *BCD* praeferendae sunt. Quo modo novi codices Bruxellenses *MNPR*, Leodiensis *T*, quos ego primus con-

sului, cum codicibus illis cohaerent? In binas familias codices Bruxellenses dividi possunt. *MNP* propinqua cognatione iuncti sunt, Bruxellensis *R* et Leodiensis *T* artissime inter se cohaerent. Illa familia exhibet contextum similem ei, quem praebent codices *GEL* ita, ut cod. *P* nonnullas proprietates cum codice *A*, *N* cum cod. *L* communes habeat. Codices *R* et *T* suum proprium servaverunt contextum, qui propiorem exhibet cognationem cum contextu codicis *L* quam ceterorum. Correctis quae in descriptionibus codicum *ABCDE* mendosa erant, comparatis denuo inter se his codicibus, adhibitis novis quattuor Bruxellensibus, uno Leodiensi, mihi persuasi optimum contextum confirmari consensu codd. *EGLMNP* vel, discedentibus *E* vel *P* vel utroque, eum e codicibus *GLMN* hauriendum. Ubi etiam hi inter se dissentiunt, quod raro fit, iam hunc iam illum secutus sum, sed ita ut plurimam adiungerem fidem codici *G*. Hanc regulam cum in codicum lectionibus aestimandis observarem atque operam darem, ut sermo martyrii Petri et sibi constans et divulgato dicendi generi eius aetatis conveniens esset, Lipsius autem nimiam haberet fidem codicibus *A* et *B* (huius descriptione mendis depravata usus est) et editioni Fabri Stapulensis (cf. p. XXI sq.), fieri non potuit, quin contextum eius pluribus quam L locis, praeter exempla ad res ortographicas pertinentia, emendarem.

Siglorum explicatio.

A = cod. Parisinus Latinus 9737 saec. XII
B = cod. Parisinus Latinus 12602 saec. XII
C = cod. Parisinus Latinus 12611 saec. XII
D = cod. Parisinus Latinus 12615 saec. XIV
E = cod. Parisinus Latinus 5273 saec. XIII init.
G = cod. Londinus Add. 9959 saec. XII
L = cod. Londinus Arundel. 169 saec. XII
M = cod. Bruxellensis Latinus 5519—26 saec. XII
N = cod. Bruxellensis Latinus 7482 saec. XIII
P = cod. Bruxellensis Latinus 9742 saec. XII (*P*1 = manus prima, *P*2 = manus secunda)
R = cod. Bruxellensis Latinus 11550—55 saec. XIII
T = codex Leodiensis 57 saec. XIV
H = codex Barberinus XXXIII, 118 ex schedis Lucae Holstenii
f = editio princeps Fabri Stapulensis

Martyrium beati Petri apostoli a Lino episcopo conscriptum.

I. Post multimoda et multifaria viae vitaeque salutaris documenta et eximia atque celeberrima miraculorum ostenta, seu adversa immo diversa cum Symone mago aliisve quam pluribus antichristi praeconibus pro nomine veri Christi certamina; post passionum quoque multiplicium et flagellorum acerbitatem et carcerum squalorem horrificum, cum esset exultans in domino beatus Petrus et gratias agens nocte ac die cum fratribus, in turba venientium ad fidem domini nostri Iesu Christi, intentus orationibus et doctrinae ceterisque divinae pietatis officiis, praecipue caritatis et castitatis gratiam audientium pectoribus inserebat, ahdortans credentes in Christum ut pudice

---

Inscriptio: Passio sancti petri apostoli secundum linum papam *A* Passio sancti petri apostoli tercio kalendas iulii *L* Passio sancti petri apostoli NPRT Martyrium beati petri apostoli a lino episcopo conscriptum *BCD* Martyrium beati petri apostoli a lino papa graece conscriptum et orientalibus ecclesiis traditum *E* Martyrium sancti petri apostoli a lino papa romano graeca lingua conscriptum et orientalibus ecclesiis destinatum *M* Martyrium sancti petri apostoli a lino episcopo romano graeca lingua conscriptum et ecclesiis orientalibus destinatum *G* Lini episcopi de Passione Petri tradita ecclesiis orientalium et deinde in latinum conversa: liber primus *f* beati Lini Romani pontificis de passione S. Petri apostoli ad ecclesias orientales liber *H* || [6] atque] saluberrima *RT* | miracula *Ef* | ostensa *EfH* | seu adversa *om. fH* | et diversa *fH* ac div. *L* || [7] aliisque *BCD* | quam pluribus *malim cum M* quam plurimis *cett.* || [8] post passionem quoque multiplicium et *cum sign. transp.* mult. et *E* post passionem quoque ac multiplicium *L* post passionem quoque multiplicium *N* post passionem quoque multiplicem *fH* multiplicum *G* multiplicium *om. R* || [9] ac flagellorum *BCDGNR* || [10] in domino exultans *BCD* | beatus Petrus *om. E* || [11] die ac nocte *AE* | dei nostri *BCDG* dei et domini nostri *EfH* domini dei nostri *P* || [12] ac doctrinae *f* | caeteris *f* | divinae *om. H* || [13] officiisque *f* || [14] beatus Petrus apostolus [inserebat *E*

et continenter se gererent. nimis enim abundanter et supereminenter urbs orbi praelata, mente se in fastum elationis extulerat et idcirco, ut solet in opulentia et inerti securitate, indecenti fluxu dominabatur. persaepe namque ubi est elatio mentis sequitur contumelia carnis. unde factum est ut beati Petri sermonibus magnus pudicitiae apud multas diversae aetatis ac potestatis seu nobilitatis feminas amor exarserit, ita ut pleraeque etiam Romanorum matronae a commixtione virilis thori servare munda corda simul et corpora, quantum ex ipsis erat, diligerent.

II. Sed cum iam tempus appropinquaret quo fides beati apostoli et labores remunerari deberent, praeveniens perditionis caput scilicet antichristus Nero, consummata iniquitas, artari eum et in custodia squalidissima compedibus vinciri iussit. ubi coeperunt frequentare illum quattuor concubinae praefecti Agrippae, quarum erant vocabula Agrippina Eucharia Eufemia et Dionis. quae audientes ab eo castitatis sermonem et omnia domini nostri Iesu Christi mandata, tabescebant et molestabantur sub thoro Agrippae. unde castitati se devoventes pactum consilii alterutrum inierunt et confortatae a domino Iesu Christo nullo modo ei obsequio concubitus adquiescere ulterius decreverunt. subtrahentibus autem se eisdem non solum a complexu verum et ab omnimoda coniunctione Agrippae, coepit idem super hoc valde taedere et maestus esse; mittensque sollicitos ac sollertes exploratores didicit eas studiosissime ad beatum Petrum proripere. quibus ad se reductis dixit vehementissima amoris captus insania: Scio unde venitis. ille Christianus vos docuit mecum non coire et a debito

---

2 mente *om. A* || 3 luxu *RTfH* | dampnabatur *RT E* || 4 ubi elatio mentis *omittens* est *N* | inde *E* || 5 in petri sermonibus *E* | pudiciae *N* || 6 et potestatis *fH* | feminas *om. A* || 7 etiam pleraeque *C* | romanorum etiam *RT* || 8 corda *om. A* | erant *PR* || 9 deligerent *fH* delegerint *LN* delegerent *GP* || 10 beati Petri apostoli *fH* beati petri *P* || 11 caput perditionis *A* persecutionis caput *M* || 12 antichristi nero *NRT* antichristi neronis *L* antichriste nero *M* et antichristus nero *fH* || 13 ubi venerunt *BCD* | illum frequentare *A* ad illum frequentare *E* || 14 quarum vocabula (*om.* erant) *M* quarum erant] nomina *fH* || 15 eucharia agrippina *A* agrippina] eucheria *G* | eufremia *BCDGLPRT* Euphemia *fH* | et *om. A* | dionis: dẏonis *D(?)ELNPRT* clionis : clẏonis *ABCGM* Dione *fH et codd. interpol. Abdiae* | 16 nostri *om. Ef* || 17 molest.] esse *om. BCDEGLMNPRTfH Sal.* || 18 adinvicem *fH* | in domino *E* a dom. nostro *fH* || 20 autem *om. H* | eisdem *EL Sal.* isdem *BD Lips.* iisdem *fH* hisdem *CGMNRT* hiisdem *P* eis *A* || 21 verum etiam *fH* || 22 molestus *L* | et solertes *H* || 23 ad petrum beatum *R* | prorumpere *AMP* se proripere *fH* || 24 amoris *om. A* | captus amoris *H* || 25 non convenire *fH* | et a debito thoro subtrahere *om. A* vos subtrahere *RT*.

thoro subtrahere. sed certus sum quia suis magicis artibus amorem erga me vestrum non poterit infirmare. quae multis blanditiis delinitae nec verbo amatorio adquieverunt nec intento oculo libidinis fomitem respexerunt, quia apostolico sermone fundatae erant. videns autem Agrippa praefectus quod Petri doctrinam sequentes libidinem eius unanimiter spernerent et ipsius blanditiis minime adquiescerent, coepit eis minas intentare horrificas, iurans quod et illas vivas incendio concremaret et Petrum gravissimis afflictum suppliciis ab hominum de sub caelo memoria perderet. sed numquam potuit ad inquinamentum eas commixtionis inflectere, dicentes amabilius sibi esse omnibus tormentis pro castitate succumbere, quam Christum cui devoverant castimoniam recusare. indignabatur itaque Agrippa praefectus maxime in apostolum et fremebat super eum dentibus, quaerens occasionem ut eum quasi rationabiliter potuisset occidere.

III. Interea uxor Albini, Caesaris amicissimi, nomine Xandips, cum aliis pluribus nobilissimis matronis venit ad Petrum. a quo verbum percipiens castae vitae, repudiavit non modo virile conubium, quin etiam et omne vitae huius delectamentum. qua de re Albinus nimio maerore affectus comminabatur multa se Petro illaturum tormenta, Xandippem vero uxorem suam verbis iniuria plenis indeque delenimentis a coepto conamine refragari temptabat. mittensque ad Agrippam praefectum sibi amicitia copulatum mandavit ei omnia quae agente Petro de uxore sua patiebatur, deprecans ut si ei secundum

---

[1] magicis suis *E* || [3] v. amat. compellarunt *EfH* || [4] sermone] super petram *add. RT* || [5] autem *om. E* || [6] eius [blanditiis *fH* || [7] et ipsas *A* et eas *H* | incendio vivas [concremaret *RT* | vivas incendio] cremaret *fH* incenderet *A* || [8] gravissime *fH*/ | affectatum *BCD* afflictatum *EG* || [9] caelo *om. L* | ad inquinamentum eas commixtionis *Sal. cum codd. BDEGLMNPT* ad inquinatum eas comm. *R* eas ad inquinamentum commixtionis *A Lipsius* ad inqu. comm. eas *C* eas ad inquinamentum flectere (*omisso* commixtionis) *fH* || [10] esse sibi *RT* || [12] castitatem (*sed superscr.* castimoniam) *A* | cast. devoverant recus. *A* | quam cui devoverant castinoniam recusare *Pm*1 quam cui se devoverant castimoniam recusare *Pm*2 | indignabatur] autem *RT* || [14] ut.... potuisset *Pm*1 qua.... posset *superscr. Pm*2 ut.... posset *BCD* || [15] caesaris eius *A* | amississimi *D* | Xandipe *fH* || [16] plurimis *AP* matronis *om. A* || [17] percipiens verbum *f* | non modo virile repudiavit *RT* || [18] et *om. CRT* et *add. supra lin. P* | huius vitae *E* huius *om. BCD* || [19] nimio] furore *A* | confectus *f* | petrum *L* petro multa illaturum supplicia *A* || [20] Xandipen *Lf* || [21] delinimentis *Nf Lipsius* deliniamentis *ABCDEGLMPRT* delenimentis *Sal.* | accepto *BCDRT* a cepto *G erasa priore c littera* ac toto *f* | certamine *M* | refrigerare *Pm* 2 || [23] de uxore sua *om. A* | *post verb.* deprecans *2-3 litterae radendo del.* eum ? *P.*

suam fiduciam esset amicus, ulcisceretur eum de Petro: alioquin ipse se vindicaret. Agrippa quoque reddidit ei in mandatum, se eadem, adhuc etiam et diriora per eum hinc pati. unde factum est ut cum Albinus cubitum iret et Xandippem sibi adduci fecisset, suaeque delectationis commixtionem apud eam nec blanditiis nec terroribus obtinere potuisset, consiliaretur quatinus una cum Agrippae manu velut avem laqueo Petrum caperet et ut maleficum pessumdaret. Xandips autem, Albini uxor, haec audiens misit fidelissimum nuntium ad Petrum, ut Roma exiret et insidias paene inevitabiles declinaret. Marcello nihilominus, Marci praefecti filio, qui postquam Symonis magi pestiferam doctrinam averterat, apostolo fideliter et utiliter in cunctis adhaeserat, seu et fratribus conspirationem viri sui et praefecti Agrippae innotuit. in crastina quoque surrexerunt quidam ex senatoribus in conventu senatus et dixerunt: Suggerimus amplitudini vestrae, nobiles viri, quod ad perversionem urbis aeternae Petrus conubia divortiis mancipat, uxores nostras a nobis disiungit et nescimus quam nobis novam et inauditam legem inducit. et haec dicentes incitabant etiam alios ad tumultum et appellationem. tunc Agrippa gratulatus est, quia quod de Petro optavit sub occasione senatus invenit. sed et hoc Petrum et fratres non latuit. innotuerant siquidem hoc eis celeri nuntio qui fuerant ex senatoribus illuminati per Petrum a domino.

---

1 amicus esset *f* | illum *AEP* | se *superscr. P* || 2 vindicaturus esset *f* | remisit *BCD* | in mandatum *Sal. cum GLMNP*1 (?) mandatum *Lips. cum ABCDE* in mandato *RT* tale mandatum *Pm*2 reddidit ei] responsum *f* || 3 etiam et *EGLM NPRT Sal.* etiam *A Lips.* et *BCD* | diriora *EGLMN Sal.* duriora *APRT Lips.* dur. his *f* | per eum hinc pati *BDGLMNPm*1 *Sal.* pati per eum hinc *C* per eum pati *AERTPm*2 *Lips.* | dum *AP* || 4 isset *A* | suae *A* | delectationis *AEMPf Lips. Sal.* dilectionis *BCDGLNRT* || 6 consilium iniit *BCD* | agrippa *BCD* | manu velut avem laqueo *om. BCD* || 7 maleficium *C* | pessimum necaret *LNRT* | Xandipe *f* || 8 uxor Albini*A* | nuncium fidelissimum *f* || 9 de roma *BCD* romam *E* || 10 qui *om. L* | a symonis *AL* | pestifera doctrina *L* || 11 se averterat *A* averterat se *L* adverterat *MN et E corr. superscr.* ‘d’ *littera* aufugerat *f* | et [apostolo *L* | adhaererat *D* adhaesit *f* || 12 atque etiam [fratribus *f* | viri sui et praefecti agrippae conspirationem *RT* || 13 ipsa innotescere fecit *f* | in crastina *BCDEGMNP Lips. Sal.* in crastino *LRTf* in crastinum *A* | de senatoribus *E* | in consessu *f* senatus *om. f* in conventum *RT* || 15 persuasionem *f* || 16 mancipat divortiis *RT* emancipat *f* || 17 novam nobis *c. sign. transp. N* | induxit *E* | et [haec dicentes *om. BCD* | inertabant *G* concitabant *f* || 19 petro optavit (*om. de*) *RT* | senatus *superscr. P* in senatum venit *f* || 20 ac [fratres *EGL* | innotuerunt *P* innotescere.... fecerant *f* || 21 ii qui *f* | per petrum ex senat. illum. *A* ex sen. per Petr. illum. *f*.

IV. Quapropter Marcellus et fratres deprecabantur Petrum ut secederet. Petrus vero ait: Non oportet, fratres et filii, fugere propter Christum dominum passiones, cum ipse ultro se pro nostra salute morti obtulerit. Marcellus autem et fratres nimio cum fletu aiunt: Miserere, pater misericors, iuvenum et eorum qui sunt in fide rudes: nec nos ac illos inter infidelium turbines destitutos relinquas. tunc Petrus rogantibus se ait: Fugiendum suadetis et iuvenum atque infirmorum cordibus exemplo nostro metum passionis incutere, cum verbum dei constanter debeamus asserere et sancta castimoniae fundamenta quae iecimus conservare. fugiendum putatis ut mortem declinemus, quam multis suspiriis et gemitibus diuturnis ut ingressum vitae expetimus, qua etiam secundum illius revelationem dominum clarificare debemus. fratres vero haec audientes levaverunt planctum dicentes: O pater veracissime, ubi sunt verba modo quibus dicebas, quoniam pro vita nostra morti esses paratus succumbere? et nunc impetrare non possumus ut pro nostra salute, donec corroboremur, patiaris aliquantulum vivere! Adolescentes quoque, quos ipse sollicite custodiens in fide et castitate sedulo educabat, manus protendentes in caelum et porrecti ante faciem illius velut subito mortui, cadentes in terram vociferabantur, nimio eiulatu clamantes: O bone Petre, pater et pastor, post tuum dominum clementia singularis, cur nos affectu materno noviter per sacrum fontem domino peperisti, quos tam immaturo solatio et animo crudeli, qui te numquam antea atti-

---

[2] filii et fratres *C* || [3] ipse ultro se *Sal. cum EGLMNPRTf* ipse se ultro *Lips. cum BCD* ultro ipse se *A* || [4] tradiderit *M* | marcellus vero *A* | nimio cum fletu *om. A* cum magno fletu *E* || [6] nec nos *BCDGLMNRTf Sal.* ne nos *AEP Lips.* | ac illos *om. BCD* nec illos *f* | fidelium *M* | derelinquas *C* || [9] constanter constantia *E* | sanctae *RTf* || [10] recimus *Dm1* recepimus *corr. m2* || [11] diuturnis] dominum clarificare debemus *BCD* | ut ingressus vitae secundum illius revelationem expetamus (expectamus *C*) *BCD* || [12] expedimus *P* | quo [etiam *M* || [13] debeamus *f* | levaverunt vocem *f* || [14] modo *om. f* || [15] nostra vita *RT* | paratus esses morti *A* morti paratus esses *Pf* || [16] pro salute nostra *f* | corroboretur *A* corroboremus *C* || [17] aliquantulum patiaris *P* patiaris] te [aliquantulum *RTf* || [18] edocebat (*fuit?* educebat) *N* educebat *T* || [19] ut porrecti *M* et proiecti *N* et porrecti *T ita ut* 'por' *in ras. sit* | morituri *BCD* || [20] ac cadentes *BCD* procidentes *f* | dicentes *AM* clamantes *vid. fuisse* dicentes *N* || [21] pastor et pater *AP* pater et pastor petre *RT* | post dominum tuum *BCD* | clementia *BCDGLMNRTf Sal.* in clementia *AEP Lips.* | cur quos *f* || [22] materno affectu *A* | noviter *om. A* recenter *f* | pepercisti *C* | quos *om f* || [23] tam *om. BD* | inmaturo *B* in maturo *DMP* | antea nunquam *f* | ante *E*.

gerat, immanissimorum morsibus luporum exponis? clamabant autem et matronae pulvere conspersis capitibus: Haeccine est misericordia quam de salvatore tuo praedicare solebas, qui tuis lacrimis se, quem ad tempus negaveras, in aeternum pietate motus indulserat? et tu tantis lacrimarum fluminibus te vel parvo tempore non concedis, praesertim cum et domino possis ministrare in carne et tibi reservatam coronam adipisci perpetuam?

V. Sed et custodes carceris, Processus et Martinianus, cum reliquis magistrianis et ex officio iunctis postulabant eum, dicentes: Domine, quo vis abscede, quia imperatorem oblitum tui iam credimus. sed iste iniquissimus Agrippa pelicum amore et intemperantia suae libidinis inflammatus perdere te festinat. si enim te regis iussio impeteret, Paulini, viri clarissimi, cui te commendatum nos custodiendum suscepimus, de tua nece sententiam haberemus. nam postquam nos credentes in hac vicina Mamertini custodia, fonte precibus et admirabili signo crucis de rupe producto, in sanctae trinitatis nomine baptizasti, licentiose quo libuerat perrexisti et nemo tibi fuit molestus, nec modo esset, nisi incendium daemoniale quod urbem stimulat Agrippam acrius pervasisset. quapropter oramus te, salutis nostrae minister, hanc nobis digneris recompensare vicissitudinem, ut quia nos a peccatorum et daemonum vinculis absolvisti, a carcerali et compedum nexibus, quorum nobis est commissa immanitas, nostra non tantum permissione quam deprecatione liber in salvationem tantae plebis abscedas. vi-

---

[1] nos immanissimorum *f* | luporum morsibus *ART* || [2] etiam et *BCD* | conversis *f* consparsis *C* || [3] tuo *om. RT* | se *om. f* ipse *A* || [4] negaveras ad tempus *A* | et nunc *A* / || [5] nobis non *f* || [6] conservatam *D* || [8] ac martinianus *CDGLT* || [9] magistrinianis *C* magistratibus *f* et ex officio *BCDEGLMRTf om.* et *ALN Pm2* ex offitiis *Pm1* | iunctis *BCDEGLPT* vinctis *AMNR* || [10] iam oblitum tui *N* obl. iam tui *RT* || [11] pelicum *ABDGLMNRT* pelicum *ex* pellicum *corr. CP* pellicum *f* meretricum *E* || [12] te *prius om. L* | te regis iussio *LMNRT Sal.* regis iussio te *BCDG Lips.* te regis iussione *EPf* iussio caesaris *A* | impenderet *om.* te *A* || [13] cuius te commendatu *N* cuius te commendato *RT* || [14] nece *om. BD* | nos *om. M* || [15] Mamertini *om. f* mamurtini *E* mamertini *ita ut* e *in ras. sit. C* | ammirabilis *AP* || [16] baptizati *E* baptizati licentiose sumus *R* lic. bapt. sumus *T* | libere *f* || [17] et *om. BCDG* | fuit tibi *Mf* tibi fuerat *RT* || [19] persuasisset *LR* pervasisset *corr. ex.* persuassisset *C* || [20] generis *C* digneris *cett.* | ut qui *f* || [21] nexibus eruisti *BD* vinculis absolvisti *cett., om. C* | tu et ipse a carcerali custodia *BD* a carceralibus *N* a carcere *RT* | ac [compedum *Gf* pedum *D sic et B radendo delens* com | comp. vinculis *AP* || [22] non tam.... quam etiam *f* || [23] solutus *A* liber *cett.* | salvatione *AC* | plebis] te absolvas *RT*.

duae quoque et orphani ac senio valde affecti capillos sibi trahentes genasque scindentes et pectora denudantes dicebant: Alios quorum ministerio fovebamur, a diversis languoribus sanasti et de ipsa etiam morte resuscitasti, et te nobis, pater piissime, subtrahis? vel ante te nos omnes praemitte, ne tuae institutionis doctrina destitutae animae pereant, et corpora ministrationis tuae solatio desolata intereant; et sic, quo ire et velut desideras accelera festinare, ne vitam nostram post dominum mori videntes, remanentes in vita miseri moriamur.

VI. Tunc Petrus haec undique audiens, qui ultra humanum modum misericors, lacrimas afflictorum sine lacrimis umquam praeterire non poterat, devictus tantis fletibus ait: Nemo vestrum veniat mecum; ego solus mutato scemate pergam. proxima namque nocte celebrata oratione valedicens fratribus et cum benedictione illos deo commendans profectus est solus. et dum pergeret, ceciderunt illi fasciamenta ex crure demolita a compede. ut autem portam civitatis voluit egredi, vidit sibi Christum occurrere. et adorans eum ait: Domine, quo vadis? Respondit ei Christus: Romam venio iterum crucifigi. et ait ad eum Petrus: Domine, iterum crucifigeris? Et dixit ad eum dominus: Etiam, iterum crucifigar. Petrus autem dixit: Domine, revertar et sequar te. et his dictis dominus ascendit in caelum. Petrus autem prosecutus est eum multo intuitu atque dulcissimis lacrimis. et post haec rediens in se ipsum intellexit de sua dictum passione, quod in eo dominus esset passurus,

---

1 seniores *E* | confecti *f* | sibi *post* genasque *RT* || 2 genasque] vellentes *f* || 3 adversis *RT* a diversis *Pm* 2, *vid. fuisse* a adversis | sanasti] et *om. A* || 4 resuscitati *C* | a nobis *N* | piissime pater *AP om.* pater *B* || 5 omnes nos *f* | instructionis *A* || 6 corpora *post* solatio *pos. RT* | solatio] destituta *f* | et sic quo ire et velut desideras *GLMN et Pm* 1 (?) *Sal., item sed om.* ire *E* et sic quo ire desideras *B* (quoire *C*) (coire *D*)*Pm* 2 *Lips.* et sic quo desideras *f* et si sic ire desideras *A* et sic.... festinare *om. RT* || 7 accelerare festina *f* | accelerare festinare *L* | festinare *om. BCD* | nostram *om. LRT* || 8 et remanentes *f* | remanentes.... moriamur *add. m* 2 *P* | miseri *ante* remanentes *BCD* || 9 undique haec *L* hoc *C* | humanum *om. f* || 10 umquam *om. C* nunquam *f* || 11 non *om. f* | non poterat praeterire *C* devictusque *BCD* | tantis] lacrimis *RT* || 12 peragam *A* || 13 omni benedictione *A* || 14 commendans deo *A* || 15 illi *om. BCD* ei *f* | a crure *A* | demollita *M Pm* 1 demolita *Pm* 2 || 16 volebat *RT* || 17 dixit *N* | venis *Pm* 2 vadis *Pm* 1 | iesus *PRT* || 18 et ait] ei *RT* || 19 et ait dominus [ad eum *RT* | ad eum *om BCD* || 20 autem *om. A* vero *Pm* 2 *superscr.* | ait *P* || 21 cum [multo intuitu *A* || 22 in se ipsum rediens *BCD* red. in se ipsum *AEGLMNRTf* semet *P* || 23 in eum *f* | dominus passurus esset *N* esset dominus passurus *RT* dom. esset pass. *cett. Lips. Sal.* esset *ex* esse *corr. C.*

qui patitur in electis misericordiae compassione et glorificationis celebritate.

VII. Conversusque in urbem rediit cum gaudio, glorificans deum et narrans fratribus quod ei obvius fuisset dominus, et declarasset ei quod in ipso esset iterum crucifigendus. qui cum manifestasset passionem suam, fletum omnes et ululatum emiserunt. dolebant enim universi et lacrimas profundebant dicentes: Considera oves tuas, pastor bone, considera eos quorum fides infirmior tuo expetit roborari sermone. considera corda titubantia quae per te stabilienda fore noscuntur. quibus Petrus ait: Facile est domino ut servorum suorum corda etiam sine meae humilitatis admonitione corroboret. quos enim plantavit ad hoc faciet adolescere, ut et alios possint plantare. ego autem quasi servus, necesse est, ut domini obsequar voluntatem. quapropter si me adhuc in carne morari disponit propter vos, non contradico. et si me pati pro nomine suo decreverit, et per passionem dignatur suscipere, exsulto ac laetor in gratia ipsius.

VIII. Cum igitur his et aliis multis verbis fratrum animos consolaretur, et illi lacrimas tenere non possent, supervenit Hieros cum quattuor apparitoribus et aliis decem viris, qui eum comprehendentes rapuerunt de medio fratrum et statuerunt vinctum Agrippae praefecti urbis obtutibus. cui ait Agrippa: Multa tibi est fiducia, scele-

---

[1] in sanctis suis ac electis *BCD* in electis *cett. Lips. Sal.* in electis patitur *R* || [3] in urbe *C* | glorificans] dominum *CD* || [4] enarrans *E* | quo [ei *E* || [5] in eo *A* | iterum *ante* in ipso *f* iterum esset *CM* | quibus cum *Ef* | passionem suam eis manifestasset *LN* eis manif. pass. suam *RT* || [6] omnes *om. BCD* | eiulatum *C* | enim *om. f* || [7] profundebant *Pm*2 profudebant *Pm*1 fundebant *M* || [8] considera [eos *BCDEGLMNPRTf Sal.* sustenta [eos *A Lips.* | expedit *f* | adiutorio atque [sermone *BCD* roborari] adiutorio *RT* || [9] stabilienda fore *BCDGLMNPRT Sal., ante* fore *vid. eras.* sunt *E* stabilianda erant *A om.* fore (: erant) *Lips.* || [10] deo *D* | ut *om RT* || [11] corroborare *RT* | humilitatis meae *BCD* | sermone [corroboret *f* | corroboret *corr. ex* corroboraret *M* || [12] faciat *RT* | et *om. A* | plantare possint *cum sign. transp. P* | ego] enim *A* || [13] tanquam *f* | obsequar *BCDEGLNRT Sal.* exequar *AMPf Lips.* | voluntati *C* || [14] morari in carne *Ef* | propter vos *ante* in carne *A* || [15] et me si *R* et si me *T cum cett., sed in ras.* | passionem meam [dignatur *A* per passionem me [dign. *BCD* per passionem [dign. *EGLMNPf Sal.* per pass. suam [dign. *RT* per pass. meam *Lips.* | suscipere dignatur *E* || [16] ac [laetor *GLMN RT Sal.* et *ABCDEPf Lips.* || [17] his igitur *f* || [18] ieros *ABEGLMP* hieros *NRf Lips. Sal.* heros *sed. fuit* hieros *T* leros *CD* supervenit] sacerdos deorum (*add.* deorum *in ras.*) *E* | cum] quatuor apparitoribus ieros *transp. E* || [19] apprehendentes eum *A* || [20] de fratrum medio *EGMRTf* | rapuerunt *post* medio *RT* | vinctum *om. RT* | praefecti agrippae conspectibus *A* | urbis praefecti *CRT* || [21] agrippa ait *RT* | est tibi *f* tibi] fiducia est *C* | audacia *f* | o scelerate *f*.

rate, in plebibus quas circumvenis, atque in feminis quae tua persuasione a maritali thoro discedunt. ausus es etiam in deorum iniuriam nescio quem Christum inducere et contra sanctum ritum Romanum et contra urbis aeternae devotionem nescio quae inepta et vana docere. tunc facta est facies apostoli sicut sol splendida, et aperiens os suum dixit ad eum: Video quo tendis, dux libidinum, amator pollutionis, atrocitatis inventor, innocentium persecutor, deceptorum fautor, fallaciae conditor, habitaculum satanae. ignoras namque gloriam in qua glorior, et ideo dicis quod in viris et mulieribus sit mihi fiducia. et ait ad eum Agrippa: Quia scis me ignorare in quo gloriaris, facito me nosse. et ait ad eum Petrus: Nulla sit mihi gloria nisi crux domini mei Iesu Christi, cuius ego sum servus. et ait ad eum Agrippa: Vis ergo, ut crucifigaris sicut deus tuus est crucifixus? Petrus quoque respondit: Non sum dignus recta cruce mundum testem facere passionis meae; sed per quaelibet supplicia opto et desidero eius sequi vestigia passionis. tunc praefectus, morbo incontinentiae suae praetendens superstitionis accusationem, crucifigi iussit apostolum.

IX. Et ecce ingens subito concursus factus est diversae aetatis et sexus, divitum pauperum, viduarum pupillorum, imbecillium atque potentum, qui summa voce clamabant: Vt quid occiditur Petrus? quid admisit criminis? in quo laesit urbem? nec innocentem damnare fas est. nonne timendum est, ne talis ac tanti viri necem deus vindicet et nos omnes perire praecipiat? et coeperunt in Agrippam saevire populi,

---

[2] es *om. E* | in deorum etiam *L* in Iudaeorum [iniuriam *f* || [3] sanctum *om. A* ius [romanum *A* || [4] ac [contra *BCD* contraque *A* | per [nescio quae *M Pm* 1(?) *sed* per *eras.* | per nescio quem *E* || [5] splendida sicut sol *RT* | aperiens] *add.* Petrus *f* || [6] ad eum *om. LNRT* || [7] innocentum *A* | deceptorum *in ras. C* deceptionum *RT* decipientium *f* factor *C in marg.* || [8] habitatio *RT* || [9] in [mulieribus *R* || [10] fac me cito nosse *A* fac cito me nosse *Lips.* facito me nosse *cett. Sal.* || [11] ad eum *om. BCD* | mihi sit *NRT* mihi est *BCD* | domini nostri *CDRT* || [12] sum ego *E* | et ait] ad illum *EG M* ad eum *PRT Sal.* ait ad eum *LNf* et ait [agrippa *ABCD Lips.* | tunc [agrippa *BCD* || [13] vis] inquit *BCD* | dominus tuus *E* dominus deus tuus *f* | crucifixus est *AP* || [14] respondit petrus (*om.* quoque) *BCD* | facere testem *BCD* || [15] tormenta *A* | oro [et desidero *RT* || [16] eius *post* passionis *f* | passionis *om. A* || [17] superstitionis *om. A* | iussit apostolum crucifigi *A* crucifigi] fecit *f* || [19] ingens factus est subito concursus *A* conc. ing. sub. factus est *f* | factus est concursus *P* || [20] pupillorum *om. A* pupillarum *E* || [21] potentium *CERT* || [22] urbem] romam *add. LN* | nec *om. LN Pm* 2? | nefas *LN Pm* 2? | ledere [fas est *A* || [23] tanti ac talis *f* || [24] omnes populi *RT*.

molientes illaesum rapere et conservare Petrum; et inconditis vocibus plebis innumerae confundebatur Roma. tunc Petrus restitit modicum et ascendens editiorem locum nutuque ad silentium provocans populum ait: O viri et fideles dei, qui Christo militatis! o omnes, qui in Christo speratis! si caritas vestra in me vera est et viscera integra in me pietatis ostenditis, nolite revocare euntem ad dominum, nolite impedire properantem ad Christum. state ergo quieti, gaudentes et laeti, ut hostiam meam cum hilaritate domino offeram. hilarem enim datorem diligit deus. et his dictis vix est sedata seditio et praefecti disceptatio. poterant enim et inhianter optabant multi populi praefectum evertere; sed timebant apostolum contristari, qui magistri sui sequebatur exemplum dicentis: 'Possum mihi nunc, si volo, plus quam duodecim legiones angelorum exhibere'.

X. Pervenit denique una cum apostolo et apparitoribus populus infinitus ad locum qui appellatur Naumachiae iuxta obeliscum Neronis in montem. illic enim ei crux posita erat. et respiciens flentem populum et iterum seditionem excitare volentem, ait voce clara: Nolite, obsecro vos fratres, oblationem meam impedire, nolite adversus Agrippam saevire et amaro animo in eum esse. ille enim minister est alienae operationis. nam damnationis meae secundum corporis qualitatem diabolus auctor est, dominica abutens permissione, quia dolet vasa contumeliae per me sibi esse sublata et facta esse diversoria continentiae, templa Christi, domicilia honoris et gratiae. itaque, fratres mei et filii, obedientes estote, quia per revelationem a domino Iesu

---

[1] mollientes *D* | tumultuantibus vocibus plebis adinvicem *f* || [2] innumerae plebis *RT* || [3] ascendens] in *add. Pm*2 || [4] qui in christo mil. *LNR* qui.... mil. *om. AP* || [5] omnes qui (*om.* o) *AN* o omnes *om. RT* omnes qui speratis in domino *A* | in *ante* Christo *expunctum Pm*2 (?) || [6] integra viscera *RT* | pietatis in me *BDRT* | nolite] me *add. LN* | ad deum *CD* || [7] properantem *Pm*2 *corr. ex* properanti || [8] domino cum hil. hostiam meam *A* || [9] dominus *M* | sedata est *ART* est *om. E* || [10] discerptio *Ef* disceptatio *sed vid. fuisse* discerptio *C* disceptatio *cett. Lips. Sal.* enim *superscr. Pm*1 || [11] populi *om. BCD* | contristari *BCDGLMPRTf Sal.* contristare *AE Lips. sic et N sed vid. corr. ex.* -ari || [12] dicentis *corr. Pm*2 dicentes *Pm*1 | mihi *superscr. M* || [13] duodecim milia legiones *E* || [12—13] *pro verbis* possum.... exhibere *posuit contextum vers. vulg.* (Matth. 26, 53) *f* || [15] appellatur *EGMNRTf Sal.* vocatur *ABCDLP Lips.* | oboeliscum *P* oboliscum *E* || [16] in [montem *om. LN* in monte *f* | illuc *BCD* | enim] ei crux *BCDGLMNRT Sal.* et crux *E* erat crux posita *A* crux posita erat *Pf Lips.* | populum flentem *ART* || [17] clara voce *GRTf* || [18] vos *om. CD* || [19] in eum *om. A* || [20] satanae et [al. oper. *LN* || [22] per me contumeliae vasa *RT* | esse sublata *BDEGLMNPRT Sal.* subl. esse *ACf Lips.* | diversa continentiae templa. *omittentes* Christi.... gratiae *RT*.

Christo proditum est mihi quod ita esset venturum. non ergo est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. festino itaque ut carne exutus assigner domino. nunc enim tempus est in quo et meam offeram hostiam. mementote signorum et prodigiorum atque sanitatum, quae Christo operante et me ministrante vidistis et sensistis. ideo enim plurimorum infirmitates curatae sunt ut omnium animae salvarentur. ideo mortua corpora suscitata sunt ut mortuae animae reviviscerent. sed quid iam moras patior et non appropinquo cruci? valete, fratres et patientes estote et servate quae audistis. commendo vos domino Iesu Christo.

XI. Accedens autem et adstans cruci dixit: O nomen crucis, occultum mysterium! o gratia ineffabilis! in nomine enim crucis pax. o crux, quae deo hominem coniunxisti, et a dominio diabolicae captivitatis magnifice segregasti! o crux, quae humano generi passionem salvatoris mundi et redemptionem captivitatis humanae vera comitante fide semper repraesentas incolumem! o crux, quae cottidie carnes immaculati agni fidelibus dividis populis et dira serpentis venena poculo salutari depellis atque rumphaeam paradisi ignitam credentibus sine intermissione restinguis! o crux, quae pacem cottidie terrenis cum caelestibus operaris et mediatoris mortem, qui a mortuis resurrexit et iam non moritur, aeterno patri, ecclesia pro filiis agente, sedulo reparas et legatione felicissima renovas et reformas! vim patior tui causa, etiam nunc, in finitima absolutione existens, non quiescam manifestare de cruce occultum dei mysterium,

1 quod *om.* *RT* | esse venturum *RT* eventurum *fPm*2 (venturum *Pm*1) futurum *A* | est ergo *AP* || 3 assigner] christo *N* || 4 ut (*in ras.*) [et meam *A* et *om.* *f* | offero *CD* | hostiam offeram *ART* | prodigiorum atque signorum seu sanitatum *AP* || 5 ac [sensistis *f* || 7 et mortua *BCD* | mortuorum corpora *RT* | mortuae animae *BCDEGLMNPRT* *Sal.* an. mort. *Af Lips.* || 8 quid *om.* *E* | ut [non appropinquo *M* || 10 domino *om.* *RT* || 11 o occultum *LNRT* || 12 enim *om.* *RT* *post* crucis *interp.* *CNP* || 13 a domino *BCD* *Pm*1(?) dominio *corr.* *Pm*2 | diaboli captivantis *Ef* | captivitatis] iugum *add.* *BCD* || 15 humanae captivitatis *A* | fide comitante *A* || 16 repraesentas semper *M* | incolumen *BD fuit et in C sed corr. in* — mem, *om.* *L* | *inter* crux *et* quae XII *litt. eras.* *E* || 17 populis dividis *L* | venena dira serpentis *A* || 18 a populo salutariter *f* | et [rumpheam *CD* | paradisi rumpheam *A* || 19 cotidie pacem *AP* || 21 qui etiam [non moritur *RT* | ecclesia *om.* *RT* || 22 agenti *RT* | paras *L* | et legatione felicissima renovas *om.* *G* | leg. fidelissima *L* || 23 etiam nunc *EMPRT* *Sal.* et iam nunc *cett. et Lips.* | infinitiva *D* || 24 de cruce manifestare *A* manifestare] occultum de te mysterium dei *BCD* de te occultum myst. dei *RT* | dei *om.* *P.*

quod olim clamavit anima mea. o qui in Christum creditis, non istud sit vobis crux quod apparet; aliud enim quiddam est mysticum in hoc quod apparet vobis. et nunc maxime, qui potestis audire, in novissima hora vitae huius existente me, omnes sensus segregate et animas vestras ab omni quod apparet, ad illud quod invisibile est! et scietis quod in Christo per crucem factum est salutis mysterium. debitum est tibi, Petre, reddere terrae corpus acceptum per eos quibus est corpus occidere proprium.

XII. Ait autem ad magistros carnificum: Quid est quod tricatis? quid, apparitores, innecti moras mihi patimini? implete quod vobis est iussum. exuite me mortali tunica, ut spiritu adhaeream domino. petiit sane et ita ministros carnificum alloquens exoravit: Precor vos, boni salutis meae ministri, ut crucifigentes me caput deorsum ponatis et pedes sursum. non enim decet me servum ultimum ita crucifigi, ut dominus universitatis pro salute totius mundi dignatus est pati, quem passione mea constat glorificari. est etiam ut mysterium crucis intento vultu semper possim conspicere, quo facilius quid inde dixero a circumstantibus possit audiri. quod cum factum fuisset, adorsus est Petrus flentem populum de cruce consolari et alloqui mirabiliter dicens: Grande et profundum mysterium crucis, et ineffabile atque inseparabile vinculum caritatis. per crucem ad se traxit omnia deus. haec est lignum vitae quo destructum est mortis imperium. hoc mihi tu aperuisti, domine;

---

[1] quod] enim cl. | exclamavit *L* celavit (?) *Lips.* || [2] vobis] supplicium *add.* *E* | apparet] vobis *add.* *E* | enim quiddam *om.* *BCD* aliud enim] est quiddam *RT* | aliud] est enim quiddam *f* | est] vobis *add.* *BCD* || [3] apparet] vobis *om.* *BCD* | audite *BCD* | in hora novissima *f* || [4] existentem [me *N* | et animas vestras segregate *RT* || [5] invisibile est] admovete *add.* *A* avocate *f* || [6] est per crucem factum *RT* | tibi est *M* tibi *om.* *C* || [7] corpus terrae *M* || [8] dixit *RT* | quo *E* | tardatis *LN* tempus atteritis *f* || [9] michi moras *f* || [10] iussum est *RT* | tunica mortali *RT* | spirituali *f* || [11] petens et ita magistros *A* deinde [sane *RT* | sane *om.* *L* | alloquens min. carn. *f* | oravit *RT* || [12] bonae *Ef* bona (bonae?) *L* | ministros *f* || [13] pedes] vero *add.* *f* | me *om.* *A* || [14] mundi totius *RT* | mundi] est crucifixus *f* || [15] quem passione me *M in sup. marg.* | passione] sua *BCD* || [16] semper vultu [possim *A* vultu possim semper *E* | inspicere *M* || [17] quod [inde dixero *AN et Pm*2 *corr. ex* quid | a [circumst. *om.* *Gf* || [18] populum flentem *M* || [19] de cruce *om.* *A* | mirabiliter alloqui *RT* alloqui] mysterialiter *f* | prof.] est *om.* *BCDGLMNPf* *Sal.* est *pon.* *AERT Lips.* || [20] crucis mysterium *A* || [21] ad se] traxit omn. *ABCDEGLMN* ad se] omnia traxit *Pf* traxit omnia ad se *RT* | haec *BCDG*(?)*MNRTm*1 *Sal.* hoc *AELPf Lips., corr. in T* | haec est] enim *add.* *RT* || [22] imperium mortis *BCD* | tu *om.* *RT* tu michi *E* | aper (*pro* aperuisti) *ante* imperium *C* | aperuisti tu *G*.

aperi et omnium istorum oculos, ut videant consolationem vitae aeternae. et his dictis aperuit deus oculos eorum qui lugebant et lacrimas fundebant in passione eius, et viderunt angelos stantes cum coronis de floribus rosarum et liliorum et in virtute crucis erectae stantem Petrum et librum a Christo accipientem et ea verba quae loquebatur inde legentem. quod videntes ita coeperunt laetari et gaudere in domino, ut illi ipsi increduli et carnifices, videntes eos exsultare et laetari quos prius tristes viderant et plangentes, subito delitescerent et velut fumus evanescerent.

XIII. Videns autem Petrus quod demonstrata esset multis antea flentibus gloria eius, gratias egit domino Iesu Christo dicens: Digne tu solus, domine, in altum porrecto vertice crucifixus es, qui totum mundum a peccato redemisti. te imitari etiam in passione optavi; sed rectus crucifigi non usurpavi, quia nos ex Adam puri homines et peccatores nati sumus, tu vero ex deo deus, et lux vera de vero lumine ante omnia saecula, in fine saeculorum pro hominibus homo sine contagione hominis fieri dignatus, redemptor hominis gloriosus existis. tu semper rectus, tu semper excelsus, tu semper altus. nos secundum carnem primi hominis filii sumus, qui principale suum demersit in terram. cuius lapsus significatur specie generationis humanae: sic enim nascimur ut proni in terram videamur effundi, et quod ad dexteram est hoc ad sinistram sit, et quod ad sinistram, hoc ad dexteram fiat, eo quod in auctoribus huius vitae mutata conditio est. hoc enim

---

1 aperi] etiam et *RT* | iustorum oculos *P* || 2 oculos eorum deus *E* | et [lugebant *RT* | lacrimis *Pm* 1 - mas *Pm* 2 || 3 in passione *sed. vid. fuisse* cum passione *A* | in pass.] Petri *f* | et [viderunt *om. L* tunc [vid. *CD* || 4 in vertice *Lf Lips.* in virtute *cett. Sal.* || 6 videntes] ipsi *A* ita *P sed in ras., fuit* = *A*(?) | laetari coeperunt *M* | ut] illusi *E* | incrudeli *C* increduli] || 7 et *om. A* | exultari *BD* | tristes prius *A* | viderant *A cum cett. sed. fuit* -erunt || 8 contabescerent animo *f* | veluti *f* | vanescerent *f* || 9 multis *in ras. R* || 11 porrecto in altum *A* prorecto *C* || 12 desideravi *RT* || 13 quia *om. BCD* | Nos domine *BCD* nos *om. f* || 14 ex vero [lumine *f* | lumine vero *RT* || 15 omnia *om. A* | pro] omnibus *RTf* | homo *om. f* | sine contagione *om. A* || 16 dignatus] es *add. in ras. E* | redemptor] hominis *om. RT, add. m 2 in P* | existens *f* || 17 rectus *om. A* erectus *D* | altus *eras. A* permanens *pro* altus *BCD* | nos] tamen *add. E* || 18 suum *om. Gf* | demersit *ALNRT Pm* 2 *f Lips. Sal.* dimersit *BCDEGM Pm* 1(?) || 19 significat speciem *f* | specie] humani generis *RT* || 20 nascitur *A Pm* 1(?) nascimur *Pm* 2 *cum cett.* | sic enim] generationi *add. BCDLNRT* | ut pronus videatur *A* | in terram videamur *EGLMNPRTf Sal.* vid. in terram *ABCD Lips.* | infundi *P* || 21 et quod] ad sinistram[a] sit ad[b] dextram est *transp. R* | hoc [ad sinistr. *om. DRT* || 21—22 et quod ad sinistram..... in auctoribus *in ras. E* || 22 est conditio *RT* conditio] sit *BCD*.

putat mundus iste dextrum quod est sinistrum, in quo nos tu, domine, sicut Ninivitas invenisti, et perituros tua sancta praedicatione liberasti.

XIV. Vos vero, fratres, quibus est proprium audire, aures cordis apponite, et nunc quae annuntianda sunt vobis cognoscite, scilicet omnis naturae mysterium et omnis factae constitutionis initium. nam primus homo, cuius genus in specie ego habeo, misso deorsum capite ostendit olim perditam generationem. mortua enim erat generatio eius et nec vitalem habebat motum. sed tractum misericordia sua principium venit in mundum per corporalem substantiam ad eum quem iusta sententia in terram proiecerat, et suspensum in cruce per speciem huius horrendae vocationis videlicet crucis restituit, et constituit nobis ea quae antea hominum iniquo errore immutata fuerunt, praesentia videlicet pro sinistra, et quae pro sinistra ducebantur aeterna, siquidem ut dextera glorificans et omnia signa ad propriam mutavit naturam, sicut bona intellegens quae non putabantur bona, et revera benigna quae maligna aestimabantur. unde dominus in mysterio dixerat: ʽSi non feceritis dexteram sicut sinistram et sinistram sicut dexteram, et quae sursum sicut deorsum, et quae ante sicut quae retro, non cognoscetis regnum dei.ʼ Istam ergo sententiam in me produxi, fratres; et haec est figura qua me pendentem oculi carnales conspiciunt. scema est enim primi hominis. vos vero, dilecti mei, haec

---

[1] nos tu *EGLMNPRT Sal.* tu *om. BCD* nos *om. f* tu nos *A Lips.* | domine] quos *add. f* || [2] et *om. f* || [4] Vos] ergo *R* proprium est *BCD* quibus] est audire promptum *f* || [5] nunc *om. P* | vobis sunt *f sic et P sed cum sign. transp.* | agnoscite *Af* || [6] institutionis *A* conditionis *Pm*1 constitutionis *Pm*2, *cett.* | nam *om. RT* ||[7] ego in specie *GRT* || [8] generatio eius erat *A* || [9] motum habebat *A* | tactum *BCDL et Pm*2 *corr. ex* tractum | tractum *sed fuit* tactum *E* || [11] in terram] deiecerat *BD* deiecerat in terram *C* | Et suspensus *RT* || [12] huius *om. A* | horrendae *ABCDEm*1*GLMNPRT Sal.* honorandae *E* m2 *et f Lips.* | et constituit *om. BCD* || [13] mutata *AMP* | fuerant *A* || [14] scilicet *AP* | praesentia videlicet] per sinistram, et aeterna per dexteram significans *RT* praes. vid.] ut aeterna et aeterna ducebantur ut praesentia et dextra sinistra *f* || [15] siquidem] ut *add. BCDEGLMNPm*1 *Sal.* ut *om. A Lips.* siquidem] sinistra ut dextra *Pm*2 siquidem] ille *f* | et [omnia *add. BCDEGLMNPm*1 *RT Sal.* et *om. A Lips., eras. Pm*2 || [16] sicut [bona *om. RT* scilicet [bona *A* | bona *sec. om. RT* || [17] ministerio *M* | dixit *ERT* || [18] et sicut sinistram dexteram *P* || [19] sursum] sunt *om. BCDEGLNP Sal.* surs.] sunt *AMRTf Lips.* | sicut] quae deorsum *A* || [20] non cognoscitis *Pm*1 non cognoscetis *Pm*2 *cum cett.* | sententiam *ALNPRT Lips. Sal* scientiam *BCDEGMf* || [21] carnales oculi *RT* || [22] aspiciunt *A* respiciunt *BCD* | enim *om. N* enim est *A* | vos] ergo *RT* | fratres mei dilectissimi *A*.

audientes et quae auditis ad perfectionem convertendo et conversando ducentes, sicut de primo vestro errore ad certissimam fidei stationem redistis, ita perseverate currentes et ad quietem supernae vocationis vestrae tendite bene conversantes. via enim qua illuc iter agere debetis, Christus est. oportet igitur cum Iesu Christo deo vero superascendere crucem, qui est constitutus nobis sermo, unus et solus. unde et spiritus dicit: 'Christus est verbum et vox dei.' verbum quidem significat istud rectum lignum in quo crucifigor. et quia vox proprie corporis est, quod liniamenta recipit quae divinitati non imputantur, lateralia crucis humanam praetendere noscuntur naturam, quae immutationis errorem in primo homine passa est, sed per deum et hominem veram intelligentiam recuperavit. ipsa namque disciplinae clavis in medio astricta est, conversione videlicet et conversatione atque cum fide paenitentia hominis.

XV. Et haec dicens alacri vultu et facie serena sic exclamavit in orationem erumpens: Ista tu mihi, domine Iesu Christe, verbum vitae, nota fecisti, et revelanti tibi quae dixeram de ligno a me praedicato gratias ago, non corde cui saepe indecens quiddam subripit, non labiis istis confixis, nec lingua per quam verum et falsum producitur, neque verbo articulato et materiali natura producto, sed illa voce gratias ago tibi, rex bone, quae per silentium intellegitur, quae non in manifesto auditur, quae non per organa oris corruptibilis procedit, quae non carnales aures percutit, quae non a natura corruptibili percipitur

[1] audistis *E* | ad *om. Gf* | profectionem *C* | et conversando *om. L* || [2] vestro primo *f* || [3] perseverare *A* | curantes *AM* currentes *sed corr. ex* currantes *T* | et *om. A* | vocationis vestrae *BCDEGLMNPRT Sal.* vestrae *om. A Lips.* || [5] est Christus *M* | domino *R* || [6] quae constituitur *A* | vobis *P* | solidus et vivus *f* || [7] dixit *A* || siquidem *A Lips.* quidem *BCDEGLMNPRT Sal.* | caeterum verbum *f* || [8] propriae *MR* || [10] naturalia crucis *f* | humana *D* | quia [immutationis *RT* || [11] immutationes erroris *A* | semper [deum *G* || [13] vid con tio (=*videlicet et conversatione*) *in marg. coartato add. M* scilicet *AP* || [14] paenitentiae *NRT* || [15] serena facie *RT* | in oratione *CDRT* || [16] prorumpens *LNP* | mihi tu *f* | verbo vitae *BCD* verba vitae *f* || [17] revelantis + *ras., vid. fuisse* nti tibi *A* revelandi tibi *sed vid. fuisse* -nti tibi *E* | dixerim *L* | quae dixeram *om. RT* || [18] subripit *ABDEGMNm*1(?)*PRTf Sal.* surripit *L* subrepit *CNm*2 *Lips.* || [19] carni affixis *f* | quae[verum et falsum *RT* | verum vel falsum *f* | producitur *GLMN Sal.* producit *BCDRT* procedit *AEPf Lips.* | neque] verbo *om. RT* || [20] articulato *LM Sal.* articulata *cett. Lips.* | producta *RT* || [21] tibi ago *RTf* || [22] corruptibilis oris *f* || [22–23] procedit.... corruptibili *om. f* || [23] carnales *om. A* non carnales *add. P*2 aures carnales *RT* | nec natura *A*.

quae nec est e terra nec in terra dimittitur, quae in libris materialibus non scribitur, nec quemquam materialiter monet, neque materialis existit. illo inquam spiritu, Iesu Christe domine et magister meus, gratias ago tibi, quo te credo, quo te intellego, quo te diligo, quo te teneo, et voce qua te alloquor, qua te interpello, quia tu toto et modesto tantum spiritu intellegibilis es. tu mihi, domine, pater et amicus, auctor et perfector salutis, tu desiderium, tu refrigerium et tu satietas. tu mihi omnia es, et omnia mihi in te sunt. tu mihi totum es, et totum quod est tu mihi es. tu es enim mihi omnia. in te vivimus, movemur et sumus. et ideo te ut omnia habere debemus ut tu des nobis illa quae promisisti. quae nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparasti his qui diligunt te. haec custodi servis tuis, haec tribue atque largire, quia tu es pastor aeternus et summe bonus, verus dei filius. tibi commendo oves quas tradidisti mihi. tu eas in ovile tuum aggrega et conserva, quia tu ostium ovile et ostiarius, tu pascua, tu aeternae vitae refectio. tibi gloria cum patre et spiritu sancto nunc et in omnia saecula saeculorum.

XVI. Et mox ut omnis plebs magna voce amen reddidit, Petrus spiritum tradidit. statimque Marcellus nullius exspectavit sententiam, sed videns quia beatus exspiravit apostolus, propriis manibus deposuit

---

[1] quae non est *BCD* quae neque est *f* | terrea *A Lips.* terra *BCDLMNRT* e terra *EGf Sal.* terrena *P* | in terram dem. *A* | demittitur *A* || [2–3] nec quemquam..... existit *om. BCD* | nec [quemquam *EGLMNRTf Sal.* neque [quemquam *AP Lips.* || [2] materialiter] monet *EGLMNPR Sal.* movet *Tf* patitur mori *A* patitur moveri *correxit Lips.* | nec mat. *RT* | materialis [existit *EGMNPRTf Sal.* materialiter [exist. *AL Lips.* || [3] illo namque *AP* | Iesu *om. BCD* | domine Iesu Christe *RTf* || [4] quo te diligo, quo te credo, quo te intelligo *A* | intelligo *Pm* 2 *corr. ex* diligo || [5] qua tu *Af* | tu *om. L* | tu toto et *om. BCD* || [6] pater et] amicabilis actor *f* || [7] amicus *in ras. A* | tu auctor *BCD* | et perfector *om. BCD* praefector *LNf* | refugium *RT* | et [tu sat. *f* et tu] mihi *add. BCD* || [8] et] omnia *add. in marg. Pm* 2 (?) | totum es (*fuit* est) *M* || [9] tu enim mihi es [omnia *BCD* enim *om. Ef* || [10] ut [omnia *om. A* | habemus *BCD* | tu *om. ART* || [11] oculus non *RT* || [12] ascendit *BCDEGMP Sal.* ascenderunt *ALNRTf Lips.* | iis *f* | te diligunt *C* || [13] custodi servis *sed vid. fuisse* custodit servus *P* | tribue atque *erasa A* || [14] summe bonus *om. RT* | dei filius *BCDEGLMNPRT Sal.* filius dei *Af Lips.* || [15] mihi tradidisti *A* tradidisti *in ras. P* | ovile] ovium *R* | congrega *E* || [16] ostium ovile *EGLMNPRTf Sal.* ostium ovilis *ABCD Lips.* | et aeterna refectio *f* || [17] per omnia saeculorum saecula *P* || [19] et [mox *om. BCD* | amen] respondit *BCD* respondit amen *LRT* || [20] spiritum] reddidit *RT* sanctus apostolus emisit spriritum *L* | statim *RT* || [21] videns] quod *R* | humeris propriis *A*.

corpus sanctum de cruce et lavit illud lacte ac vino optimo, terensque masticae et aloae minas mille quingentas et myrrae ac folii, atque stacten cum ceteris variis aromatibus alias minas mille quingentas, condivit eum diligentissime. melle quoque Attico novum replevit sarcophagum et in eo corpus aromatibus perlitum collocavit. in ipsa autem nocte cum Marcellus ad sepulchrum ipsius vigilaret, et ardenti eius desiderio fleret — statuerat enim in vita sua non separari a doctoris sui amantissimi sepultura — venit ad eum beatus Petrus. quem videns Marcellus et contremiscens, illi velociter adsurrexit stetitque ante eum. cui ait beatus apostolus: Frater Marcelle, non audisti vocem domini dicentis: Relinque mortuos sepelire mortuos suos? Et Marcellus ait: Care magister, audivi. Tum Petrus ad eum: Ne ergo quasi mortuus mortuum videaris sepelisse et flere, sed quasi vivus viventi et gaudenti melius collaetari, relinque mortuos sepelire mortuos suos. tu autem, ut per me didicisti, vade, annuntia regnum dei. quod cum gratia multa cunctis fratribus Marcellus indicavit, et meritis sancti Petri ex omni parte fides credentium a deo patre confirmata est in nomine domini nostri Iesu Christi et in sanctificatione spiritus sancti.

XVII. Nero autem comperiens beatum Petrum obisse, quem artare non interficere iusserat, misit ut comprehenderetur Agrippa prae-

---

[1] sanctum corpus *BCDENf* corpus *add. in marg. Pm* 2 corpus sanctum de cruce deposuit *A* | istud *D* | ac [vino optimo *BCDGLMNR Sal.* et [v. o. *ETf Lips.* vino optimo et lacte *A* v. o. ac lacte *P* || [2] mastic /// *sed fuit* masticę *B* mastice *P* masticis *f* mastiches *H* | aloae *GNPR Sal.* aloe *BCDELT* aloes *AMf Lips.* | mnas *ex* minas *corr. CRT* | et [folii *BCD* || [3] stacthen *A* stactem *BCD* stactes *f* stacten *corr. Pm* 2 | ceteris *om. BCD* | mnas *rad. em. ex.* minas *T* | quingenas *f* || [4] condidit *N* | melle *corr. Pm* 2 | novo *L* || [5] perlitum aromatibus *RT* || [6] sepulchrum] eius *G* ipsius sep. *H* || [7] sua *om. A* || [8] doctoris *Pm* 1, *fuit* doctrinis | sepulchro *fH* | venit *om. C* | beatus *om. M* || [9] et stetit *AP* || [10] ait *om. LNPm1RT* ait *add. in marg. Pm* 2 beatus] petrus *A* | audisti *M cum cett. sed vid fuisse* audivisti *ut H* || [12] tum *EGL(?)NP* tunc *cett.* || [13] noli ergo..... ....flere *fH* | mortuus *om. RT* | sepelire *BCDM* sepelisse *corr. ex* sepelire (?) *E* || [14] vivus *superscr. M* | gaudens [gaudenti *add. RT* | collaetare et *BCDRT* collaetare (*om.* et ?) *fH* | collaetari *AEGLNP Lips. Sal.* collectari *M* | mortuos sepelire *om. T* || [15] ut *sup. lin. add. P* sicut *A* | vade et *BCD* | *post* annuntia *duae litt. rad. deletae P* || [16] cum multa gratia *P* cum multa gloria *A* | cunctis *om. A* | marcellus fratribus [indicavit *A* fratribus] indicavit marcellus *RT* || [17] suffragiis [sancti *fH* || [18] iesu christi domini nostri *BD* | in sanctif. *om. LRT* | in sanctificationem *P* || [19] sancti spiritus *fH* || [20] obisse petrum *E* | artari *AELMNPRT* artare *BDG Lips.* adstare *C* arctare *fH* || [21] et [non *add. BCD* | interfici *ANPm2T* interfici non *cum sign. transp. R* interficere *BCDEGLMPm1fH Lips.* | ut *superscr. Pm* 2 | praefectus agrippa *RT.*

fectus, quoniam Petrum non cum sua sententia interfecerat, quem disponebat per varia punire supplicia. querebatur enim se ipsius praestigiis desolatum Symone suae salutis praesule, et dolebat pro tanti amici casu qui sibi et reipublicae, ut fatebatur, commoda praestabat innumera. Agrippa vero intervenientibus amicis obtinuit ut praefectura carens privatus et contentus domo propria degeret. sicque furorem Caesaris declinavit, sed ultionem divini iuidicii non evasit, quam mox terribiliter expertus interiit. denique convertit crudelissimus Nero animum ad persecutionem eorum quos didicit beato Petro familiarius adhaesisse, ut vel eorum poenis de Petro satiaretur. beatus vero apostolus fratribus hoc per revelationem innotuit et qualiter feram bestiam declinarent insinuavit. Nero siquidem per visum vidit sibi sanctum astare Petrum et dirissime a quodam iussu ipsius flagellatus audivit: Contine manus, impiissime, a servis domini nostri Iesu Christi, quos nunc tenere non poteris. unde parum pavefactus quievit. erant quoque fratres simul laetantes et exsultantes in domino, confortati saepe visione beati Petri apostoli, glorificantes deum patrem omnipotentem et dominum Iesum Christum cum spiritu sancto, cui est gloria, virtus et adoratio in saecula saeculorum. amen.

---

[1] *q* [petrum *A* | non *om. A* | non cum sua sententia Petrum *fH* || [2] disposuerat *RT* || [3] a symone *LfH* salutis suae *cum sign. transp. R* || [4] casu amici *fH* || [5] vero *om. A* || [6] contentus *ABDGLMNP Sal.* contemptus *CEfH Lips.* | et contentus *om. RT* | propria domo *RT* | in [domo *add. fH* || [8] expertus terribiliter *A* | deinde *A* | crudelimus *C* || [9] animum nero *cum sign. transp. N* | petro beato *C* || [10] adhaerere *BCD* || [11] hoc fratribus *A* | ferocem *A* || [12] per visum vidit sibi *EGMNPRTf Sal.* sibi per visum vidit *L* per visum sibi sanctum petrum astare vidit *BCD* vidit per visum sibi *A Lips.* || [13] durissime *ART* | iussu] illius *AP* || [14] domini] mei *A* | Christi *om. BCD* | quos vincere *L* quos tu vincere *RT* || [15] nero imperator [quievit *add. RT* || [16] simul fratres *A* | lacrimantes [et exultantes *RT* | exultantesque *BCD* || [17] in [visione *add. M* | deum patrem *BCDEGLMNPRTfH Sal.* dominum deum patrem *Lips. ex A, sed vid.* dn̄m *repetitum esse et posterius in* deum *correctum* || [18] dominum] nostrum *add. NRT* | cum spiritu sancto *om. A* cum sancto spiritu *BCDfH* | cuius est *R* virtus et] oratio R virtus et] gloriatio *in ras. ex* adoratio (?) *corr. T* in saeculorum saecula. amen *RT* cui est honor et potestas, virtus et aeternitas, adoratio et iubilatio, decus et imperium, per aeternorum saecula saeculorum amen *A* cui est gloria (*cetera* = *A*) *P* decus et imperium per aeternorum *omittens* in saecula saeculorum (*cetera* = *P*) *M* cui est gloria *sqq. om. N* || [19] *add.* explicit martyrium beati petri apostoli *BD* explicit passio sancti petri apostoli *GL* martyrii beati Petri apostoli a Lino papa graece scripti orientalibus ecclesiis traditi et subinde in latinum conversi finis *fH.*

Adnotationes criticae et grammaticae.

Inscriptio, De attributis *beatus: sanctus* cf. Salonius, Vitae Patrum, 183 sqq.

23,7 *quam pluribus* ego cum *M* cripsi, cf. 25,16 cum aliis pluribus (plurimis *A*); Schmalz 726 citat *quam* cum comparativo Mir. Theclae 7 (172, 23) *quam citius potuit .... profectus est.* De comp. pro superlativis positis vide Salonius, VP. 197 sqq. — 23,6 *seu ... immo* idem fere est quod *et .... et*, cf. 26,12 *seu et;* 28,22 *non tantum .... quam* (*non tam .... quam etiam f*).

24,1 *supereminenter*, adv. in -ter, v. Löfstedt, Peregr. Aeth. 278. Deest lexicis? (Georges), cf. 25,6 *unanimiter;* 32,10 *inhianter.*

24,3 *fluxu*, lectio difficilior et meliorum codicum; *fluxus* die 'Ausgelassenheit' Augustin. epist. 9,1; 216,5 (Tac. hist. 5,23, ubi hodie *flexu autumni* legitur. Thes. l. lat. V 985, 68 sqq. i. q. *remissio, mollities,* Aug. in Iob 8 p. 526,7 *carnalium fluxu putrescentes* (Iudaeos); 38 p. 601, 4 *terrenarum delectationum fluxu;* 4) i. q. *affluentia, abundantia* Ps. Hil. libell. 10 p. 741 D *fluxu rerum et ubertate copiarum.* Hoc sensu *fluxus* in Mart. Petri positum est, non ut interpr. in Thes. l. lat. l. c. 'remissio', 'mollities', nam dicit auctor Romam urbem in fastum elationis se extulisse ideoque in opulentia et inerti securitate indecenter dominari.

24,17 *molestabantur esse, esse* omittendum cum codicibus *BCDE MNPRT*. Passiva forma verbi vix cum infinitivo *esse* coniungi potest, optime ad verbum *tabescebant* additur *molestabantur*, quae aptissime adiecto adverbiali loci *sub thoro Agrippae* definiuntur.

24,18 *pactum consilii alterutrum inierunt*, cf. Gen. 13,11 *divisique sunt alterutrum a fratre suo*, v. Salonius, VP. 245; de praepositionibus cum *invicem* copulatis cf. ibid. 242 sqq.

24,20 *eisdem* cum codicibus *EL* scripsi; lectiones *hisdem* et *hiisdem*, quae in compluribus libris manuscriptis traditae sunt, eiusdem pronominis formas addita perperam '*h*' littera depravatas esse concludo ex hac littera in codicibus etiam aliis vocabulis adiecta (e. gr. 24,1 *habundanter CDEMPRT;* 27,20 *heiulatu PT;* 38,16 *hostium, hostiarius BCDMPm1*), cf. Sommer, Handb. d. lat. Lautl.[1] 217. Pronomen *hicdem,* quod invenitur in sermone inferioris aetatis, in codicum scripturis non latere puto, cum certae huius pronominis formae in nostro contextu non reperiantur. Cf. Sommer, Handb.[1] 476.

24,23 *proripere* cum codicibus melioribus *EGLN*, quibuscum congruunt Parisini *BCD*, Bruxellensis *R*, Leodiensis *T*, scripsi. *Proripere* intransitive ponitur a Vergilio, Aen. 5,741. De aliis verbis transitivis intransitiva vi praeditis vide Kühner-Stegmann II 1,91 sqq; Bennett, Synt. of early lat. I 4 sqq.; Salonius, VP. 256 sq. Lipsius fidem soli *A* tribuens faciliorem elegit lectionem *prorumpere*, quam praeterea habent codd. Brux. *MP*. Libri *f* et *H* obiecti loco *se* addiderunt. Etiam 24,25 deteriores codices *RT* ante verbum *subtrahere* pronomen *vos* falso adiecerunt. Cf. infra 26,10.

25,6 *unanimiter*, Georges unum affert exemplum: Vopiscus, Tac. 4,8 addens »u. Eccl.», cf. supra 24,1 et Rönsch, Itala 230.

25,9 *de sub caelo*, de composita praepositione vide Thes. l. lat. V 775, 43 sqq.; Wackernagel, Vorl. über Syntax II 225 sqq. et 233 (II Macc. II 18 *congregabit de sub caelo in locum sanctum*). Hamp, Arch. f. lat. Lexik. 5,361; Rönsch, Itala 235; Salonius, VP. 224. De conexis verbis *de sub coelo* attributi vice positis cf. Salonius VP. 204 sqq.

25,13 *fremebat super eum dentibus*, cf. Thes. l. lat. VI 1283, 53 Itala Psalm. 36,12 (Psalt. Rom. *al.*) *fremet peccator super iustum dentibus suis* (*βρύξει*, Vulg. *stridebit*). Vulg. thren. 2,16, Hier. vita Hilar. 22; Sulp. Sev. Mart. 17,6. Praevalente sensu furendi *fremere* cum praepositionibus *circa, contra, in* et accusativo ponitur, *fremere super aliquem dentibus* ad normam locutionum *agere, scribere, mittere* (*aliquem*) *super aliquam rem* exstitisse puto, ita ut *super* cum accusativo (ablativo) causam fremendi indicet. Cf. 24,21 *super hoc valde taedere.*

25,14 *ut . . . . potuisset*, plusquamperfectum pro impf., cf. Löfstedt, Peregr. Aeth. 152 sqq.; Salonius, VP. 290 sqq; Wackernagel, Vorles. über Synt. I 190. Codices Parisini *BCD* et corrector codicis Bruxellensis *P* (*m2*) traditam et genuinam lectionem *potuisset* ad normam

antiqui et exculti sermonis mutaverunt in *posset*. Etiam indicativi plusquampfectum loco perfecti vel imperfecti auctores inferioris aetatis ponere solebant, ex. gr. 36,17 *dixerat*.

25,16 *cum aliis pluribus*, codd. *A* et *P* *c. a. plurimis* ceterorum codicum veram et salvam lectionem ad vulgatam dicendi consuetudinem depravantes, cf. supra 23,7 *quam pluribus*.

25,18 *quin etiam et*, ultimam coniunctionem omittententes codd. *CRT* nimias particulas evitare conati sunt. Cf. 34,22, ubi codd. *RT* *etiam et*, ceteri *et* habent. Vide Löfstedt, Beitr. 31 sqq.; Stud. 27 sqq.; Peregr. Aeth. 59; 95 sqq.; Schmalz 507; 594; Salonius, VP. 335. Postquam *etiam et* eandem obtinuit vim atque utralibet coniunctio sola habebat, particula *quin* additis duabus illis affirmari solebat. Cf. 26,3 *etiam et*. — 25,21 *deliniamentis* : *delinimentis*, illam formam vocis codd. miro consensu praebent, hanc solus codex Bruxellensis *N* et Faber conservaverunt. Ego propter testimonia, quae affert Thes. l. lat. V 432, 20 sqq., *delenimentis* in contextu scripsi.

26,2 *reddidit ei in mandatum* ego malui cum optimis codicibus Bruxell. *MN*, quibuscum consentiunt Londini *GL* et Bruxell. *P*, ubi ante vocem *mandatum* duabus litteris radendo deletis (*in?*) corrector *tale* scripsit. Lipsius, qui libros Bruxell. non cognoverat, pluris fecit consensum codicum Parisinorum quam Londinorum, cum nesciret vulgaris sermonis usum *reddere alicui in mandatum* (+ acc. c. inf.) = 'respondere'. — 26,3 *etiam et diriora per eum hinc pati*. '*Etiam et*' cf. 25,18; *diriora* affirmatur melioribus codicibus inter se consentientibus (*EGLMN*) et adverbio *dirissime* 40,13, cuius loco eidem codices deteriores *ART*, qui hic *duriora* scribunt, *dirissime* habent. — *per eum hinc pati* ego scripsi fidem habens optimis codicibus *GLMN*, quibuscum consentiunt Parisini *BD* et mutato ordine vocabulorum *C*. In codice Bruxellensi *P* tres litterae inter *eum* et *pati* erasae sunt. *Per eum* hominem, *hinc* causam indicat. Quam consecutionem verborum minus elegantem, propriam cotidiani sermonis scribae quorundam librorum deleto adverbio *hinc* politiorem reddidisse putaverim.

26,4 Codices *BCDGLNRT* *dilectionis commixtionem* scribunt, *delectationis comm.* ego cum *AEMPf* et Lipsio malui, quod illud plerumque dicebatur de amore coniugali et puro, hoc potius ad cupidinem corporis spectabat, Thes. l. lat. V 1167,35 sqq.; V 419,56 sqq. Cf. supra 25,9 *inquinamentum commixtionis*.

26,5 *nec blanditiis nec terroribus*, pluralis numerus abstractorum cottidiani sermonis proprius est, v. Schmalz 604; Kühner-Stegmann II 1,80 sqq.; P. Maas, Stud. zum poet. Plural. Arch. f. lat. Lexik. 12,479; Landgraf, ibid. 14, 61 sqq.; Norden, Aen. VI 408; Salonius, VP. 78 sqq. Cf. 29,3 *a diversis languoribus sanasti;* plur. *languores* Catull. 55,22.; 29,11, *tantis fletibus* (codd. *R* et *T tant. lacrimis*); 33,4 *mementote signorum et prodigiorum atque sanitatum;* 33,6 *infirmitates curatae sunt.*

26,10 *Symonis magi pestiferam doctrinam averterat BCD* (*Em*1)*PRT*, *avertere* cum accusativo id fere est quod *contemnere* gr. ἀποστρέφομαι Gloss. II 241,7. Saepius passivum *averti* cum accusativo coniungebatur, Thes. l. lat. II 1321,40 sqq., rarius activum, quod pro passivo poni coepit, cf. ibid. l. 53 sqq. (nostrum exemplum deest) et supra adn. 24,23. Quam construendi consuetudinem nostri verbi ope et exemplo verbi *aversandi*, quod inde ab antiquissima aetate cum accusativo poni solebat (v. Thes. l. lat. II 1318,2 sqq.), exstitisse putaverim. Diversis modis scribae codicum *ALMNE* hunc rarum sed certum usum evitare conati sunt, cf. apparatum.

26,12 *seu et*, i. q. *atque* (*etiam*), quod Faber sine causa scripsit, Kühner-Stegmann II II 438 sq. docet *sive* (*seu*) in posteriore latinitate eandem habere vim atque copulativam coniunctionem *et*, nulla citavit exempla; cf. 33,4 codd. *AP mementote prodigiorum atque signorum seu sanitatum.* — *conspirationem innotuit*, *innotescere* hic et 26,20; 40,11 i. q. *notum facere.* Plura exempla afferunt Rönsch, Beitr. III 50 sq.; Salonius, VP. 400 sq.

26,13 *in crastina* ego ex consensu meliorum codicum. De genere verbi *dies* cf. Edw. Fraenkel, Glotta 8,24 sqq.; Salonius, Die Ursachen des Genusunterschieds von '*dies*'; exempla quibus affirmatur '*crastina*' (sc. *dies*) v. Thes. l. lat. IV 1107,3. De ablativo temporis cum *in* praepositione v. Schmalz 388 Anm. 2 et Salonius, VP. 131. Cf. p. 55.

27,19 *et porrecti*, hanc rectam scripturam plerique codd. integram conservaverunt, depravavit codex Bruxell. *N*, ubi scriptor sensu subsequentis vocabuli *mortui* deceptus *et proiecti* scripsit. Pro hac perfecti part. forma deteriores codices *BCD* futurum *morituri* posuerunt, iniuria, quantum ego video, nam pf. *mortui* hic, ut vulgo fit in plebeio sermone, eodem sensu dicitur atque fut. *morituri* aut adi. *moribundi*, cf. Petron. Cena Trim. c. 65 (172,24 Friedländer) *Scissa lautum novemdiale servo suo misello faciebat, quem m o r t u u m*

manu miserat, ad quem locum Heraeus attulit similem Liv. Epit. 70 *Ptolemaeus .... mortuus heredem populum Romanum reliquit.*

27,22 *noviter* pro *nove* reperitur apud Fulg. myth. 3,1 p. 103 *M; CIL* 6,1156; cf. Charis. 116,6; Paul. ex Fest. 172,3. Faber: *recenter!*

28,3 *qui tuis lacrimis se, quem ad tempus negaveras, in aeternum ... indulserat* = 'qui, quamquam eum .... negaveras, tuis lacr. se indulserat', i. e. qui tuis lacrimis (abl.) motus se pro te morti obtulit, *se indulgere* i. q. *se dedere alicui* Iuven. 2, 166; Stat. silv. 4, 6,37. Indulgere: ignoscere apud eccl. v. Salonius, VP. 396 sq. Quam sententiam codicum consensu satis affirmatam, corruperunt Faber et is, qui librum *A* scripsit. — *Ad tempus* non id est, quod in antiquo sermone ('*tempore*', '*suo tempore*'), sed opponitur adverbiali *in aeternum.*

28,8 *cum reliquis magistrianis et ex officio iunctis* scribendum esse puto cum Lipsio et una parte codicum. *Magistriani* appellati esse videntur Processus et Martinianus et superiores magistratus carceris, ut ex addito attributo *reliqui* apparet. Una cum eis *ex officio iuncti*, i. e. minores, custodes, alii eiusdem condicionis homines Petrum postulasse dicuntur. Quare coniunctio *et* servanda est. In exarandis vocabulis *iunctis : vinctis* primae litterae facillime confundebantur, nisi, ut in nonnullis codicibus (*BDRT*) factum est, notis superscriptis '*i*' et '*u*' litterae distinctae erant.

28,20 *quia nos a peccatorum et daemonum vinculis absolvisti, a carcerali et compedum nexibus .... abscedas*, sic Lipsius sine dubio recte. Scripturam codicum (*A*) *CEGLMPf carcerali et compedum nexibus* (vinculis *A*), ubi singularis numerus adiectivi iuxta genetivum numeri pluraris est, scribae librorum multis modis ex usu sermonis litteris exculti polire conati sunt: posito plurali numero adiectivi *a carceralibus* (*N*), addito substantivo *custodia* (*B* et *D*), mutato adiectivo in substantivum *a carcere* (*R* et *T*). In errore versantur qui emendabant, nam adiectivum et genetivus inter se conectebantur, non raro ita, ut illud in singulari, hic in plurali poneretur numero. Cuius rei exempla invenies apud Tacitum, alios. Cf. quae de his rebus disseruerunt Löfstedt, Peregr. Aeth. 76—81, Tert. Apolog. (Lund 1915) p. 104 adn.; Liechtenhan, Sprachl. Bem. zu Marcellus Empiricus, pp. 56—72; Salonius, VP. 179 sqq.

29,6 *et sic, quo ire, et velut desideras, accelera festinare*, sic ego fretus codicibus Londinis *GL*, quibus accedunt optimi Bruxellenses *MN* et, ut videtur, *P* ubi inter vocabula *ire* et *desideras* circa sep-

tem litterae (*et velut?*) radendo deletae sunt, in contextu scripsi. Emendarem: *et sic, quo ire* < *desideras* >, [*et*] *velut desideras*, nisi suspicarer ipsum auctorem martyrii brevitatis studio duas sententias inepte confudisse et additis vocabulis *et velut desideras* vim verbi *eundi* quodam modo correxisse. Codices *BCD*, quibus Lipsius fidem adiunxit, omissis vocibus *et velut* difficilem locum sanabant. Item fecit corrector codicis *P*. Scriptor codicis *A* et Faber hic, ut saepissime faciunt, plebeiam dictionem poliverunt (cf. apparatum). Errore describentis *ire* excidit in cod. *E*. Deteriores codd. *RT* verba *et sic .... festinare* prorsus omittunt. — Adverbium *sic* eodem fere sensu usurpatur atque '*tum*'. Plura exempla afferunt Meister, De itin. Aeth., Rhein. Mus. 64, 380 (1909); Appel, Beitr. zu Corippus, Diss. München 1904, p. 42; Löfstedt, Peregrin. Aeth. 231.

29,11 *devictus tantis fletibus*, pluralis numerus huius substantivi abstracti frequentior occurrit quam idem numerus ceterorum abstractorum, nisi fallor, quod saepissime iuxta *lacrimas* vel metonymice pro *lacrimis* ipsis poni solebat, cf. exempla Thes. l. lat. VI 902, 38 sqq. et supra 26,5. De verbo *lacrimandi* paulatim ab usu remoto cf. Löfstedt, Peregr. Aeth. 321 sq.

29,17 *quo vadis*, formae verbi *eundi* unam syllabam continentes ab usu remotae sunt, cf. Wackernagel, Wortumfang u. Wortform, Nachr. d. Götting. Ges.d. Wissensch. 1906, p. 147 sqq.; Löfstedt, Peregr. Aeth. 281 sqq.

29,17 *Romam venio iterum crucifigi* (graece p. 88, 7 Lips. *Εἰσέρχομαι.... σταυρωθῆναι*). Ab ecclesiasticis infinitivus passivi finali sensu potissimum ex exemplo graeci sermonis ponebatur; apud auctores antiquissimos latinos in usu erat, v. Schmalz 420 sq.; Wackernagel, Vorl. über Synt. I 262.

29,20 *Et his dictis dominus ascendit in caelum*, ablativi absoluti, in quibus subiectum verbi finiti subiecti vice fungitur, imprimis in versionibus e Graeco sermone in Latinum factis ponebantur ad participia Graeca praeteriti temporis breviter exprimenda; non erant aliena ab usu veterum auctorum Latinorum, v. Schmalz 390; Salonius VP. 250 sqq.

30,5 .... *quod in ipso esset iterum crucifigendus*, in latinitate inferiore gerundiva cum formis praes. verbi *esse* coniuncta recedente gerundivorum vi voluntatis eandem acceperunt notionem, quam habuit futurum simplex, e. gr. *exhibendus est* = exhibebitur (Vict. Vit.

2.34). Quem mutatum et quodam modo attenuatum gerundivorum sensum antiqui ipsi cognoverunt, ut Priscianus, qui docet XI 28 (*GL* II 567,5 sqq.) gerundivum *amandus* id esse quod Graecorum φιλητέος et φιληθησόμενος, et Sacerdos *GL* VI 437,29, qui hanc formam participium futuri pass. appellat. Quare *amandum esse* pro antiqua forma *amatum iri* poni potuit et ponebatur ab ecclesiasticis, cf. Diomedes I 354,13; cuius usus exempla afferunt Neue, Formenlehre[3] III 180 sqq.; Wackernagel, Vorl. über Synt. I 290. Inde a Livii temporibus gerundivum cum *fore* in usum venit ita, ut hac consecutione verborum primo id significaretur, quod futuro tempore fieri debebat (Liv. 37, 39, 2). Quae locutio, cum gerundivum propriam et genuinam debendi significationem amisisset, eiusdem usus erat atque participium futuri passivi, v. Schmalz 463 sq. Quare locus 30,9 *quae .... stabilienda fore* cum Lipsio non emendandus, sed ex consensu omnium codicum excepto uno (*A*), qui saepe locutiones cotidianos inferioris aetatis iniuria temptavit, integer servandus est, cf. apparatum.

30,7 *Considera oves tuas .... considera eos .... considera corda titubantia*, nimiam codicibus *A* et *E* tribuens fidem Lipsius pro verbo *considera* medio loco sito *sustenta* scripsit, affirmatur tamen meliorum codicum scriptura *considera* libris Bruxellensibus *MNPR*, Leodiensi *T*, et illo Parisino *E*, quem Lipsius aut perperam descriptum in apparatu attulit, aut ipse falso citavit.

30,12 *ego autem quasi servus, necesse est, ut .... obsequar*, incondito sed vere plebeio more duae sententiae inter se conexae sunt, v. Schmalz, Glotta 5,212; Salonius VP. 265.

30,14 *si me adhuc in carne morari disponit*, praevalente notione voluntatis *disponere* eodem fere sensu ponitur atque *decernere, dignari;* saepius pro obiecto enuntiatum per *ut* et infinitivus, raro acc. c. inf., cf. infra 40,1 *quem disponebat per varia punire supplicia*. Plura exempla invenies Thes. l. lat. V 1428 sqq.

30,15 *et si me pati .... decreverit, et per passionem dignatur suscipere* (sc. *me*), sic ego scripsi optimis nisus codicibus *EGL*, quibus consentiunt aeque boni Bruxellenses *MNP* et contextus impressus Fabri. Lipsius, quem contextum constituentem fugit et codicem *E meam* omittere et in codice *A* hoc pronomen omissa praepositione *per* et mutato obiecto esse necessarium (*passionem meam dignatur suscipere*), novam construxit scripturam ('per passionem meam' etc.). Codices *BCD* obiectum *me* inutiliter repetunt, *R* et *T* sensum corrumpunt ('*per passionem suam*').

31,10 *facito me nosse*, sic omnes codd. excepto Parisino *A*, qui *fac me cito nosse* habet. Cui confidens Lipsius *fac cito me nosse* in contextu posuit, iniuriam intulit scripturis codicum, quae cum usu sermonis Latini optime congruunt neque abhorrent a plebeio loquendi consuetudine, ubi formae nimiae brevitatis plenioribus paulatim cedebant, cf. Wackernagel, Vorl. über Synt. I 219; Schmalz 482. Brevior imperativi forma *fac*, pro qua iam optimi auctores longiorem *facito* ponebant, videtur iuxta praes. coni. posita propriam iussionis notionem sensim deposuisse, ita ut *fac* cum *cogites* conexum ad inchoandum iussum adhiberetur. Quare auctores aetate inferiores, cum severe imperarent, brevioribus imperandi formis pleniores praeferebant, cf. infra 32,24; 33,9 *estote*.

31,12 *Et ait . . . Agrippa: Vis ergo . . . .? Petrus quoque respondit*, sic meliores codices, deteriores Parisini *BCD Vis, inquit* habent, *quoque* omittunt. Illud exemplis ex libris aliorum auctorum allatis affirmatur, Bonnet, Grég. de Tours 715 *A* 5, Löfstedt, Peregr. Aeth. 229 sq., hoc in nostro martyrio alienum videtur. Quare fides optimorum codicum non violanda est. — *Quoque* hic idem fere valet atque coniunctio adversativa *autem*. Cuius usus vere popularis exempla attulit Löfstedt, Peregr. Aeth. 137 sq.

31,21 *Ut quid occiditur Petrus?* Sensu finali et interrogativo inter se coniunctis *ut quid* non abhorret a sermone puro (Cic. Att. 7, 7, 7; Martial. 3, 77, 10), frequentior fit apud ecclesiasticos, ubi i. q. Graecorum *ἵνα τί* '*cur*', v. Rönsch, Itala 253 sqq.; Wölfflin, Arch. f. lat. Lexik. 4,617; Lips. Index.

32,2 *restitit modicum*, i. q. '*r. paulum*', v. Rönsch, Itala 334 sqq.; Wölfflin, Arch. f. lat. Lexik. 4,264; Löfstedt, Peregr. Aeth. 71 sq.; Salonius, VP. 414 sqq.

32,10 *praefecti disceptatio*, sic codices praeter *E*, qui rarissimum vocabulum *discerptio* habet (v. Thes. l. lat. V 1309,66). Faber hoc in contextum recepit, Lipsius qui inusitatum vocabulum *disceptio* in codice *E* esse dicit, illud elegit, in indice *vituperationis* significationem inesse docuit. Ego non nego nostro loco potius de *discerptione*, i. e. de dilaceratione praefecti agi (cf. *optabant . . . . praefectum evertere*), quam de iudiciali quadam tractatione, quae propria notio est verbi *disceptationis*, sed maiorem fidem tribuo consensui ceterorum codicum quam soli *E* et Fabro; verbum *disceptationis* hoc loco tumultuosum plebis de praefecto colloquium significare puto. Thes. l. lat. V

1291,55 *disceptationem* 'significatu obscuriore' hic esse docet, codicis *E* scripturam ex Lipsio perperam adnotat.

32,14 *Pervenit . . . . populus infinitus ad locum qui appellatur Naumachiae iuxta obeliscum Neronis in montem* — '*qui appellatur*' ego cum melioribus codicibus *EGMN* scripsi, scriptura deteriorum codicum *qui vocatur* fortasse frequentior erat. Genetivus *Naumachiae* omnibus codicibus affirmatur et cum usu cotidiani sermonis convenit, cf. Salonius, VP. 95 sq. Vulgari et plebeio more adverbia loci *ad locum Naumachiae* — *iuxta obeliscum Neronis* — *in montem* iuxta posita inter se conectuntur. Quare *in montem* contra emendationes codicum *L* et *N*, qui *in* omittunt et Fabrum, qui *in monte* scripsit, integrum servandum est. Cuius usus exempla Löfstedt, Peregr. Aeth. 144 attulit.

33,7 *ideo mortua corpora suscitata sunt ut mortuae animae reviviscerent,* christiani auctores *anima* pro antiquorum *animus* dicere solebant, v. Wackernagel. Vorl. über Synt. II 13 sq. Non quo Graecam vocem ψυχή aptius redderent, eos id fecisse putaverim, — ut W. coniecit — sed quod novo verbo novam notionem, i. e. immortalitatem *animae* exprimebant.

33,12 *o gratia ineffabilis! in nomine enim crucis pax,* sic cum plurimis libris manu scriptis et impressis scribendum esse puto, suspicor interpretem in Graeco contextu, Lips. p. 90,20 ὦ χάρις ἀνέκφραστος ἐπὶ ὀνόματι σταυροῦ εἰρήνη pro . . . . εἰρημένη legisse. In Latina versione, qui in codice Vercellensi servatur, hunc locum interpres vertit *gratia inconparabilis in nomen crucis d i c t a*, Lips. p. 91,7. Cf. etiam Graec. p. 92,15 καὶ ταῦτα ὑμῖν εἰρήσθω τοῖς ἀκούουσιν ὡς μὴ εἰρημένα et Lips. 96,12 sq. . . . . ξύλον νῦν ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένον.

33,13 *et a dominio diabolicae captivitatis* (*diaboli captivantis E*) . . . . *segregasti*, cf. 33,15 . . . . *redemptionem captivitatis humanae* et supra 32,21 *dominica abutens permissione.* De adiectivis possessivis cum genetivis certantibus multi disseruerunt: Nägelsbach, Lat. Stilistik § 20.3; Delbrück, Vergl. Synt. I 446 sqq.; Wackernagel, Mélanges de Linguistique, off. à M. Ferd. de Saussure 125 sqq.; Paul Neumann, Das Verhältnis des Genetivs zum Adj. im Griech., Diss. Münster 1910; Löfstedt, Peregr. Aeth. 76 sqq.; Salonius, VP. 179 sqq.; Wackernagel, Vorl. über Synt. II 68 sqq. Ad illustrandam differentiam adiectivi et genetivi Wackernagel, Vorl. II p. 75 duos locos citat: Cic. Mil. 34 *gloria* (scil. *Milonis*) *quae cottidie augebatur frangendis furoribus C l o d i a n i s, iam*

Clodii morte cecidit; Phaedr. IV pr. II sqq. *quas* (scil *fabulas*) *Aesopias non Aesopi nomino, quia paucas ille ostendit, ego plures fero usus vetusto genere, sed rebus novis.* Ad quos ego adiciam unum, Petron. Cena Trim. 33,4 . . . . *erutaque subinde pavonina ova divisere convivis. convertit ad hanc scaenam Trimalchio vultum et 'amici' ait 'pavonis ova gallinae iussi supponi'.* Id commoneo et Graecos et Latinos auctores adiectivos et genetivos nonnumquam promiscue posuisse, ut cotidianum respuentes usum locutiones variarent et diversis verborum formis scite distinguerent.

33,22 *etiam nunc, in finitima absolutione existens, non quiescam manifestare de cruce occultum dei mysterium, quod olim clamavit anima mea.* — '*etiam nunc*', cum optimis codicibus (*GLN*) non confirmetur, aptius tamen cum subsequenti adverbiali temporis *in finitima absolutione*, nec non cum tota sententia congruit, quam *et iam nunc. Absolutione finitima* interpres Latinus separationem animae a corpore vel mundo significat, quam Graeci *τὸ τέλος τῆς λύσεως* appellabant, cf. Actus Petri, Lips. p. 92,4 *νῦν πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐνθάδε λύσεως ὑπάρχων*, quae verba ego ad subsequens enuntiatum *ὅστις εἶ δηλώσω σε κτλ.* attrahenda puto. Alia exempla huius usus attulit Ploen, Arch. f. lat. Lexik. 6,173, Ambros. bon. mort. 8,33 *mors absolutio est et separatio animae et corporis.* — Pro *clamavit* Lipsius in apparatu quamquam dubitans *celavit* proposuit, sed sine causa emendabat, nam *clamare* hic ut saepe (v. Thes. l. lat. III 1253,31 sqq.) id est quod *vocare, advocare* (cf. Lips. Index) et respondet Graecae locutioni, Lips. p. 92,5 *οὐκ ἠρεμίσω τὸ πάλαι μεμυκὸς τῇ ψυχῇ μου.*

34,8 *Quid est quod tricatis?* In sermone antiquo et litteris exculto deponens *tricor* in usu erat; activam formam Georges tantum his locis citat: Not. Tir. 92,63; Vulg. Sirach 32,15; Apic. 8,384. De mutatis generibus verborum disseruerunt Schmalz 490 sq.; Neue-Wagener III 17 sqq.; J. B. Hofmann, De verbis quae in prisca lat. exstant depon., Diss. München 1910; Löfstedt, Peregr. Aeth. 215 sqq.; Compernass, Glotta 6,168; Salonius, VP. 249 sqq. et imprimis Wackernagel, Vorl. über Synt. I 130 sqq. Exempla contulerunt Rönsch, Itala 297; Bonnet, Greg. Turon. 407 sqq.; Hoppe, Tertull. 63 sq., alii.

34,16 *quo facilius quid inde dixero a circumstantibus possit audiri*, codices *A* et *N* et corrector codicis *P quod inde dixero* habent, quam vulgarem pronominis relativi formam et Lipsius praeferendam esse monet. Vix recte, si quid video, nam pronomen *quid*, satis confirma-

tum consensu codicum, proprium erat plebeii sermonis, et prisci et inferioris. Accedit quod haec pronominis forma vertentibus ex Graeco sermone in Latinum facilius in mentem venit (ὅ τι). Cf. Schmalz 529.

34,19 *Grande et profundum mysterium crucis*, maior quaedam vis adiectivo *grandis* adhaesit quam eius synonymo *magnus*, pro quo *ingens*, *infinitus*, *maximus*, ponebant auctores inferioris aetatis. Quare illud de hoc victoriam deportavit, v. Salonius VP. 408 sqq. In martyrio Petri *nimius* eodem vel simillimo sensu est atque *ingens magnus*, *maximus:* 25,19 *nimio maerore affectus;* 27,20 *nimio eiulatu clamantes*. Quae notio inde ab antiquissimis temporibus in cotidiano sermone in hoc adiectivo videtur infuisse (Plaut. *homo nimia pulchritudine*) atque usque ad infimam aetatem resedisse.

34,21 *per crucem ad se traxit omnia deus*, sic ego cum codicibus *ABCDEGLMN* scripsi; perfectum *traxit* ceteri quoque codices (*PRT*) et Faber habent, ordinem vocabulorum mutant. Lipsius cum crederet codices Parisinos (*ABCDE*) praesens *trahit* habere, hanc verbi formam probavit, quippe quae cum vicinis verbis *est* 14,13 Lips. et *hoc est* 34,21 concineret. Sed perfectum Latinum non solum id indicat, quod *fuit*, sed etiam id quod *fuit* et semper *est*. In inferiore Latinitate perfecta huius notionis frequentiora erant, ut *credidi* = *conversus sum et credo*, cf. Wackernagel, Vorl. über Synt. I 187 sqq.; Salonius, VP. 292 sq.

34,21 *haec* (sc. crux) *est lignum vitae quo destructum est mortis imperium*, sic codices *BCDG*(?)*MNRTm* 1, *hoc est* etc. ceteri, *AELPTm* 2 praebent. Quaerentem, utra scriptura vera sit, et libri manuscripti et Latina dicendi consuetudo destituunt.

35,3—4 *viderunt angelos stantes ..... et in virtute crucis erectae stantem Petrum*. Quid sibi velit *virtus crucis*, quod codd. miro consensu scribunt, non satis liquet. Lipsius cum solo Londino *L* et editione Fabri *in vertice crucis* in contextum recepit. Num recte fecerit, valde dubito. Verbum *virtutis* hic sensu abstracto dicitur, ita ut non locum indicet Petri, sed mirificam illam significet vim, quam christiani cruci attribuebant et eiusdem fere notionis sit atque illud frequentissimum *mysterium crucis*, (33,24; 34,16; 34,19). Christianis, cum hic de angelis stantibus loquebantur, non magis locus aliquis in mentem venit, quam cum dicebant Petrum stantem cum Christo egisse. De vocabulo *virtutis* in sermone christianorum v. Kaulen, Handb. zur Vulg. 33; Löfstedt, Peregr. Aeth. 112.

35,6 .... *ut illi ipsi increduli et carnifices .... subito delitescerent,* '*illi ipsi*' *incred. et carnif.* *eidem* sunt homines, de quibus supra p. 34 actum erat. Itaque consecutio duorum pronominum *ille* + *ipse* hic, ut saepius in inferiore latinitate loco antiquorum *idem* posita est, quod in versionibus e Graeco sermone in Latinum ope et auctoritate pronominis *ὁ αὐτός* fieri potuit, tanto facilius, quod Latinorum *ille* interdum solus debilitata vi demonstrativa articuli loco ponebatur, v. Löfstedt, Peregr. Aeth. 64; Salonius, VP. 236 sq.; Wackernagel, Vorl. über Synt. II 129 sq. Cum *ille ipse* et *iste ipse* = antiquorum *idem* esse coepissent, ita ut prius pronomen articuli notionem ferret, omisso illo posterius per se eandem servabat significationem, (*ipse* = *idem* »derselbe») et vice versa *idem* = »derselbe» munere vocis *ipsius* = «selbst» nonnunquam fungebatur.

35,12 *te imitari etiam in passione optavi; sed rectus crucifigi non usurpavi*, '*usurpare*' hic idem fere est quod verbum voluntatis, cf. Pass. S. Perp. 64,20 (Robinson) ... *et usurpavi ut mecum infans in carcere maneret*, Graece 65,23 ... *ᾔτησα καὶ τὸ βρέφος ἐν τῇ φυλακῇ μετ' ἐμοῦ μένειν* et quae adnotavit Salonius, Passio S. Perpetuae 29 sq.

36,8 *mortua enim erat generatio eius et nec vitalem habebat motum*, de iunctura coniunctionum '*et*', '*nec*' vide Löfstedt, Beitr. zur Kennt. d. spät. Lat. 37 sqq.; Spätlat. Stud. 27 sqq.; Ahlqvist, Mulom. Chir. 138 sqq. De prima et principali significatione particulae negandi *nec* (*neque*) disseruerunt Planta, Gr. Osk. Umbr. II 468 sq; Skutsch, N. Jahrb. Supplem. 27,89; Lindsay, Synt. of Plaut. 130; Salonius, VP. 336 sqq.; cf. quae supra, 25,18 de coniunctionibus abundantibus egi.

36,13 *praesentia videlicet pro sinistra, et quae pro sinistra ducebantur aeterna, siquidem ut dextra glorificans et omnia signa* etc., sic ego hunc locum obscurissimum restituendum puto nisus optimis codicibus *EGLMN*, quibuscum consentiunt minus boni *BCD Pm*1; Lipsius ex solo codice *A*, cum ei hic ut saepius nimiam haberet fidem, depravatum constituit contextum, sententiam vitiavit puncto post *aeterna* posito et omissis coniunctionibus *ut*, *et* l. 15. Alii aliter locum turbaverunt, v. in apparatu lectiones codicum *RT Pm*2 et Fabri. — *Pro sinistra* (bis), praepositio *pro* hic cum accusativo pluralis numeri posita est, neque enim potest latere ellipsis substantivi femini generis (ex. gr. parte) neque ablativus sing. femin. in neutra pluralis numeri (*praesentia*, *aeterna*) quadrat. Exempla huius usus admodum rara afferunt Löfstedt, Peregr. Aeth. 289; cf. Ahlqvist, Mu-

lom. Chir. p. 6; de accusativo cum quibusdam aliis praepositionibus, quae antea cum ablativo iungi solebant, nuperrime disseruit Wackernagel, Vorl. über Synt. II 216.

36,16 *sicut bona intellegens*, '*sicut*' = '*ut*', eodem sensu '*ut*' infra, 38,10.

36,17 *unde dominus in mysterio dixerat*, plusqmpf. pro impf. vel pf. est, v. supra 25,14.

37,5 *superascendere crucem*, abest a lexicis, cf. Wackernagel, Vorl. über Synt. II 228 sqq.

37,16 *ista tu mihi domine Iesu Christe, verbum vitae, nota fecisti*, sic ego cum optimis codicibus et Lipsio scribo; appellatur enim Iesus Christus 'verbum vitae' (cf. graec. Lips. 96,13 λόγε ζωῆς et supra 37,6 *qui* (*sc. Christus*) *est constitutus nobis sermo, unus et solus;* 37,7 *Christus est verbum et vox dei*. Deteriores codices *BCD* et Faber hanc sententiam nostro libro compluries repetitam depravant, cum scribunt *verbo vitae; verba vitae*.

37,18 *non corde cui saepe indecens quiddam subripit*, ... Lipsii scripturam *subrepit*, quam ex duobus codicibus *B* et *C* constituit, ego ex consensu ceterorum librorum contra codicem *C* et correctum codicem *N* emendo *subripit* (etiam cod. *B* hanc lectionem habet). Eiusdem verbi formam in utrisque scripturis latere puto, ita ut librarii '*i*' littera clausum '*e*'-sonum notaverint. Vulgaris verbi '*subripendi* (:) '*subrependi*' exempla inveniuntur apud Ennodium et Ven. Fortunatum, alia exempla litterae '*i*' pro '*e*' positae affert Schuchardt, Vokalismus d. Vulgärlat. I 244 sqq.

37,18 *gratias ago, non corde .... nec lingua per quam verum et falsum producitur* ... in perquirenda et investiganda codicum fide hic locus plurimi faciendus est: optimi codices *GLMN* veram et primigeniam servaverunt scripturam *producitur;* omissa passivi nota librarii deteriorum codicum *BCD* activi formam *producit* scripserunt; quam lectionem depravatam posteriores describentes varie sanabant, cum alii, *AEP*, transitivum verbum intransitivo linea 22 repetito mutaverunt: *procedit*, alii, *RT*, deleta praepositione *per* relativum subiecti loco posuerunt: *quae verum et falsum producit*.

37,19 (*gratias ago non corde*) .... *neque verbo articulato et materiali natura producto*, '*articulato*' non nisi duo codices *L* et *M*, '*articulata*' ceteri. Utra vera sit scriptura, non dilucet. Haec melius defenditur codicibus (*EGN*), illa non caret codicum fide, meliorem habet

sensum, usitatam praebet iuncturam vocabulorum 'verbum articulatum', v. Thes. l. lat. II 690.73 sqq.

38,1 *quae* (sc. vox) *nec est e terra nec in terra dimittitur*, sic ego cum codicibus optimis *EG* scribere malim, plurimi, *BCDLMNRT* praepositione omissa *terra* exhibent, duo, *A* et *P*, loco substantivi adiectiva ponunt *terrea A*, *terrena P*. Facillime librarii describentes post verbi formam *est* praepositionem per notam scriptam '*e*' omiserunt, facillime signum, quo supra lineam syllabam '*en*' (adiectivi *terrena*) notare solebant, praeterierunt. Quare diiudicare non audeo, utrum nostro loco praepositio '*e*' sit inserenda, an adiectivum ponendum. Si hoc praeferendum est, certe *terrena* scribendum est, quod haec adectivi forma et frequentioris usus est et in nostro martyrio adiectivo *caelestis* opponitur, cf. supra 33,19.

38,1 *quae* (sc. vox) *in libris materialibus non scribitur, nec quemquam materialiter monet, neque materialis existit.* Hunc locum nonnihil obscurum omittit praeter codices *B* et *C* etiam *D*. Aberrat igitur Lipsius, cum credit se ex hoc codice suam scripturam *patitur moveri* recepisse. Optimi codices *EGL*, ad quos accedunt Bruxellenses *MNPR*, optimam nobis praebent lectionem, (. . . . *monet*) quae aptissime convenit eis sententiis, quae de voce caelesti dicuntur: . . . . *per silentium intellegitur* etc. Incuria describentium *movet* irrepsit in *Tf*, aliena et ab argumento prorsus abhorrentia inseruit librarius codicis *A*. Quibus deceptus Lipsius diversa menda in unum confundens contextum turbavit, sensum vitiavit.

38,11 *quae nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit, quae praeparasti his qui diligunt te.* Discrepant inter se etiam meliores codices, cum alii (*EGM*) singularem numerum *ascendit* habent, alii (*LN*) pluralem *ascenderunt* ponunt. Ego illam praedicati formam genuinam esse putaverim, hanc a librariis ex legibus exculti sermonis emendatam. Saepissime enim interpertes ex Graeca lingua in Latinam vertentes Graecorum usum imitabantur et verbum singularis numeri cum subiecto neutr. pluralis numeri coniungebant. Neque haec consuetudo abhorret ab ipsorum Romanorum sermone populari. In Scriptura Sacra Vulgatae editionis 1. Cor. 2,9 subiectum et praedicatum numero inter se congruunt: *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quae praeparavit Deus iis, qui diligunt illum*, sed Mart. Petri contextum Lips. 98,7 ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, inter-

pres Latinus eodem vulgari more vertit, Lips. 99,9 *quae neque oculus vidit . . . . neque in cor hominis pecca* <*toris*> *ascendit.* Plura exempla subiecti et praedicati inter se non congruentium collegerunt Rönsch, Itala 435; Petschenig, Wiener Sitz.-Ber. 97 (1880), p. 770; Löfstedt, Peregr. Aeth. 307 sqq. Cuius usus initium, progressum, finem optime tractavit Wackernagel, Vorl. über Synt. I 101 sqq.

38,16 *quia tu ostium ovile et ostiarius* . . . , sic ego cum codicibus *EGL*, quibus consentiunt Bruxellenses et Leodiensis; Lipsius incertis nisus codicibus *ABCD* faciliorem recepit lectionem '*ovilis*'. '*Ostium ovile*' idem est quod *ostium ovilis*, sed excepto tantum codice *R*, ceteri adiectivum possessivum *ovile* interpunctione addita a substantivo *ostium* disiunxerunt, ita ut pro uno substantivo duo exsisterent: *ostium* et *ovile*. Quam ineptam sententiam ut sanarent (cf. Ioh. 10,9 *Ego sum ostium*), librarii genetivum *ovilis* (= stabuli) posuerunt.

39,5 *in ipsa autem nocte cum Marcellus . . . . vigilaret.* In sermone populari inde ab antiquissima aetate *in* cum abl. pro solo ablativo ad indicandum tempus, quo quid factum est, vulgo ponebatur, auctores aureae quae dicitur aetatis praepositionem addebant, cum de aetate hominis in universum (*in iuventute*) aut de statu rerum agerent, v. Schmalz 388 adn. 2; Salonius, VP. 131; de praepositionibus positis et omissis in universum disseruit Wackernagel, Vorl. über Synt. II 216 sqq. Alia huius rei exempla sunt 33,3 *nunc enim tempus est in quo* etc.; 34,3 *in novissima hora vitae huius existente me.*

39,12 *Ne ergo quasi mortuus mortuum videaris sepelisse et flere, sed quasi vivus viventi et gaudenti melius collaetari, relinque etc.* Loco inf. perfecti *sepelisse* codices dubiae fidei (*BCDM*) praesens *sepelire* habent. Notum est iam antiquissimos auctores Latinos perfectum inf. et praesens eodem fere sensu adhibuisse atque inter se coniunctionibus copulasse, ex. gr. Cato de agric. 5,4; Verg. Aen. 10,14, v. Madvig, Opusc. acad. alt. 119 sqq.; Norden, Aen. VI, p. 145; Wackernagel, Vorl. über Synt. I 260 sq. Sed in nostra perfecti forma inest genuina perfecti vis atque notio: Marcellus corpus Christi sepeliverat et postea ad sepulchrum vigilabat et flebat, cf. supra 39,4—5. — Iure Lipsius in contextu scripturam meliorum codicum *AEGL collaetari*, quibuscum consentiunt Bruxellenses *NP*, servavit, miro modo in apparatu lectiones ceterorum codicum confudit: '*collaetare et C conl(a)etare BDfH . . . . et relinque BC*', cum *BCD* omnes *collaetare et relin-*

que habeant. Qua ex re apparet librarios imperativum, non infinitivum *collaetare* scripsisse. Itaque, ut recte Fabri et Lucae Holstenii (*fH*) lectiones a Lipsio citatae sint — quod ego valde dubito, perquirere nequeo — nova infinitivi forma *collaetare* = *collaetari*, quae in Thes. l. lat. III 1576, 44 non nisi hoc loco affertur, approbanda non est.

39,20 *Nero autem comperiens beatum Petrum obisse, quem artare non interficere iusserat, misit* .... Tres scripturae sunt traditae: *artare non interficere BDGfH; artari non interfici ANPm2RT; artari non interficere ELMPm1* (*adstare C*). Quarum quae vera sit, non liquet.

40,1 *quem disponebat per varia punire supplicia* cf. 30,14.

40,5 (Agrippa vero) .... *obtinuit ut praefectura carens privatus et contentus domo propria degeret*, sic ego cum plurimis et optimis codicibus (*ABDGLMNP*) scribendum puto, Lipsius scripturam librorum *CEfH contemptus* illi praetulit. Verbum *degendi* absolute positum id est quod *vivere*, vocabula *contentus domo propria* aptissime cohaerent et sententiam vocabulorum *praefectura carens* et *privatus* repetunt vel definiunt. Quae abundantia vocabulorum, plebeiae narrandi consuetudinis propria, in nostra martyrio haud insolita est.

40,8 *denique convertit crudelissimus Nero animum ad persecutionem eorum quos didicit beato Petro familiarius adhaesisse* ..... Deteriores codices *BCD* pro perfecto inf. praesens *adhaerere* habent. Si quid video, veram lectionem depravaverunt, nam *adhaesisse* incohativi verbi *adhaerescendi* forma est. Cf. verbum cognatae significationis '*credendi*', cuius perfectum praesentis vi praeditum ab ecclesiasticis ponitur, Salonius, VP. 292 sqq.

40,10 *beatus vero apostolus fratribus hoc per revelationem innotuit et qualiter feram bestiam declinarent i n s i n u a v i t.* '*Innotuit*' i. q. '*notum fecit*', cf. 26,13; '*insinuavit*' idem fere valet. Lipsius, Index, i. q. '*indicavit*'.

40,12 *Nero s i q u i d e m per visum vidit* .... Debilitata vi antiqua i. q. '*autem*' sim.; eiusdem notionis supra 36,15 est.

Index rerum et verborum.

His locis scripturae codicum tractantur.

Emendati loci stellula notantur.